FREDERICI RUYSCHII

Anatomiæ & Botanices Professoris

THESAURUS ANATOMICUS PRIMUS.

Cum Figuris æneis.

HET EERSTE ANATOMISCH CABINET,

VAN

FREDERIC RUYSCH,

Professor van de Anatomiæ en Botan.

Met Kopere Platen.



AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS, 1701.



Den Overſetter aan den Leeſer.

Nadiender tot nogh toe geen volkome deciſie gemaakt is, tuſſchen de Oude en Nieuwe maniere van Spelden; ſoo heeft het my goet gedaght, in deſe mijne Overſettinghe te gebruyken die maniere van Spelden, dewelke 't gebruykelijkſte is; Ook en heb ik my in't Overſetten ſoo ſtip niet willen binden aan de woorden, als wel aan de ſin, vertrouwende ſulks nutter, en aan den Leeſer aangenamer te zullen zijn.

AD LECTOREM.


Nnus jam agitur trigeſimus ſextus, quod Auctores Anatomicos perlegere incepi; cum autem plurima in illis offenderem, quæ mihi obſcura viderentur, neque per figuras ſatis accuratè eſſent depicta; cultrum Anatomicum ipſemet arripui, eique varia, non ſolum humana, verum etiam brutorum cadavera ſubjeci, ne equorum quidem & boum parcendo, ut minutiæ luculentius oculos incurrerent.

Cum interim varia carnoſa, iiſque molliora (uti cerebrum &c.) occurrerent, quæ conſervatu digna viderentur, conſervandi ars ſummopere animum meum defatigavit. Et jam mihi videbar conſervandi methodum inveniſſe laudabilem, quæ tamen opinio brevi poſt me fefellit: Tunc denuò alia via rem aggrediebar, quæ cum & ipſa pariter me deluderet, torſi animum per plurimos annos, donec tandem eam inveni artem, qua, ut opinor patebit, non ſolum partes carnoſæ, verùm etiam Cerebrum, imò integra cadavera, omnibus viſceribus inſtructa, per plura ſecula, & forte perpetuò incorrupta conſervari poſſint.

Sunt mihi parvula cadavera, à viginti annis balſamata, quæ tam nitidè ſunt conſervata, ut potius dormire videantur, quam exanimata corpuſcula.

Interim ab eo tempore, quo operam poſui in ſectionibus cadaverum, varia vaſa, ſc. Arterias, Venas, Lymphæ-ductus, Nervos, variaſque partes, corruptioni minus ſubjectas, conſervare mihi haud difficile fuit, & ſic temporis ſucceſſu, in tantam excrevit molem meſſis iſthæc, ut integrum conclave eam recipere haud potuerit; & ſic ſecundum, & tandem tertium, mihi aſſumere coactus fuerim, pro repoſitione rerum Anatomicarum.

Quia autem continuè Anatomica tractare tædioſum fuiſſet, interpolatis vicibus, animum quoque à juventute mea appuli ad ſtudium Botanicum, plantaſque tam indigenas, quam exoticas, non ſine magno labore, tanto numero collegi & nitide con-

servavi, ut parvo quoque indigerem conclavi; hisce animum satiare nequivi, eumque alere coactus fui perscrutinio exoticorum Animalium, Piscium, Insectorum, &c. tam Balsamico liquori innatantium, quam exsiccatorum, quibus jam quoque integrum replevi conclave.

Hisce (favente Numine Divino) peractis, senioque confectus, aliâ incedere viâ, quietioremque horulam quærere mihi animus est; ut Deo Ter Opt. Max. gratias agere queam, pro summo in me collato favore; quod mihi tantum temporis concesserit, ut hæc omnia perficere potuerim.

Interim petitioni nonnullorum satisfacturus, Coronidis loco, Catalogum omnium eorum, quæ in Museo nostro reperiuntur, perlibenter publici juris facerem, si Deo Ter Opt. Max. largiorem permittere dignetur vitam.

Quamvis autem parvi momenti esset, integrum Catalogum una vice in lucem edere, satius tamen fore duxi, per partes illud præstare, incipiendo ab iis, quæ in conclavi inferiori reposita sunt.

In eo conspiciendos sese exhibent duo Thesauri ex ligno Indico confecti; in secundo quatuor majores, ut & Thecülæ plurimæ mediocres & parvæ, quarum

1. Referta est cordibus humanis.

2. Partibus è Pulmone desumptis, ut & integris Pulmonibus & Cordibus, situ naturali observato.

3. Continet partes generationi inservientes è muliere.

4. Varia Intestina Puerorum nitidissimè conservata.

5. Turbam sceletorum multorum Murium, gliris sceleton insultantium: suntque nitidissimè prædicta sceleta confecta.

6. Placentas Uterinas, & sic porro. Præterea in dicto loco 4. Thecæ majores reperiuntur ex eodem ligno Indico confectæ, sceleat Juvenum nitida continentes.

Tertium conclave recipit Tumbam, sceletis Puerorum instructam, ut & Thesauros majores octo, in quibus reposita sunt varia Anatomica, nec non varia cadavera juvenum nitidissime à plurimis annis conservata.

Primò jam in lucem edere, quæ in Thesauro primo conclavis

primi

primi reposita sunt, mihi animus est, eo consilio, ut singula objecta, & quicquid in iis videri potest, recenseam.

Quæ autem mihi nova sunt, ut & ea, quæ minus rectè ab aliis sunt delineata, per figuras illustrabo, & sic singuli Thesauri proprio gaudebunt Catalogo, figuris aliquot instructo.

Hujus rei fructus in eo constabit. Nemini unquam omnia mea rariora conspicere licuit, idque propter illorum copiam & temporis penuriam : mihi quoque impossibile est, omnia memoriæ meæ mandare, sc. quo in loco hoc aut illud repositum sit, id quod non rarò tædiosum fuit.

Confectò autem Catalogô, illicò invenire potero, ubinam hoc aut illud objectum sit repositum; si quis etiam Catalogum perlegerit, & aliquid in eo invenerit, quod libenter videret, illi momento satisfieri poterit. Alii delectantur visu hujus objecti, aliis alia magis arrident, & sic omnibus satisfacere conabor, sine notabili temporis dispendio.

Præterea si quis dubitet, num verè ita existant ea, quæ sunt à me delineata, aut demonstrata, dabitur illi occasio videndi, quod non fecêret alii Anatomici, quos inter nonnulli innumeras nobis obtruserunt Chimeras, à veritate non solùm alienas, sed in corpore humano non existentes.

Vale L. B., & ut laboribus meis, non sine maximo dispendio peractis, favere digneris, rogo.

 Tot

TOT DEN LEESER.



Et is nu ses-en-dartigh Jaaren geleden, dat ik de Boeken der Anatomisten begon te lesen: Edog, nademaal my in deselve veele duystere saken voorquamen, die ook selfs door hare Figuren my geen genoegsaam ligt quamen te geven: Soo resolveerde ik het snymes selfs in de hand te nemen, en tot mijn onderwerp te verkiesen, niet alleen de Lijken van Menschen, maar ook der Beesten; en op dat my de allerkleenste deeltjens, wat grooter voor mijn oogen zoude komen: soo hebbe ik geen Paarden, nogh Koeyen gespaard.

Nadien my ondertusschen verscheyde saken voor quamen, dewelke my waardig scheenen bewaart te werden, en om hare weeke en vleesighe selfstandigheyd niet wel bewaard konden werden: soo hebbe ik daar toe seer veele moeyte aangewent, insonderheyt ontrent de Herssene, die veele andere deelen in saghtigheyd komen te overtreffen.

Nu scheen het my toe, dat ik een goede en bequame manier uytgevonden had, maar vond my wel haast bedrogen, daar na sloegh ik een gants andere wegh in, die my niet minder verleyde; en soo bragt ik veele Jaaren door, sonder yets goets uyt te werken, ontrent de conservatie der geseyde saghte deelen, tot dat ik eyndelijk daar toe quam, dat door my niet alleen vleesighe deelen, als mede de Herssene, maar ook selfs geheele menschen met alle hare ingewanden veele Eeuwen, en mogelijk voor altoos, soo ik meen, sonder bedervingh sullen konnen bewaard worden.

Ik hebbe kleene Kinderkens, die ik over twintigh jaaren heb gebalsemt, en tot nu toe soo netjes bewaard, datse eer schijnen te slapen, als ontzielt te zijn.

Terwijl ik my besigh hield, om het balsemen grondigh te ondersoeken, soo quamen my ondertusschen veele curieuse zaken voor, tot welkers bewaring soo veel moeyte niet behoefde aangewend te werden, als daar zijn gemeene Aders, Slagaders, Water-vaten, Zenuwen, en andere deelen meer, die ik van tijd tot tijd quam te bewaren, dewelke ook tot soo groot een getal toenamen, dat een gantsche Kamer deselve niet konde onthouden: En alsoo wierd ik gedwongen een tweede daar toe aan te leggen, en dese al mede niet genoegsaam zijnde, ook een derde te gebruyken, en dat alleen tot de Anatomische zaken.

En nadien het my verdrietigh zoude geweest zijn, geduuriglijk de ligha-

kamen der menschen te doorsnuffelen; soo hebbe ik my, van mijne jonkheyd aan, een Liefhebber van de Kruyden en andere Gewassen geweest zijnde, ondertusschen ook weder begeven tot het ondersoek der selve Gewassen, en hebbe met een onvermoeyde arbeyd, het soo verre gebraght, dat ik, soo van inlandsche als uytheemsche Planten, een kleen Kamertje daar van vervult hebbe, die soo cierlijk zijn gedroogt, als immers mogelijk is geweest.

Hier by en ist niet gebleven, maar hebbe my verders begeven, tot het ondersoek van kleene vreemde Diertjens, Visschen en Bloedeloos gespuys, soo in voghtigheyd, als gedrooght zijnde, waar mede ook een kleen Kamertje is vervult geworden.

Dit nu alles door Gods goedheyd uytgevoert, en tot mijne jaaren gekomen zijnde; soo is mijn voornemen nu een geheele andere weg in te slaan, en een geruster uur te soeken, om Gode dank te seggen voor dese over groote gunste aan my bewesen, dat hy my toegevoeght heeft soo veel tijds, om dit alles te konnen uytvoeren.

Ondertusschen om het versoek van eenighe te voldoen, soo is 't voornemen (soo my God 't leven soo langh believen sal te sparen) een Lijste te maken van alles wat in mijne Kamers gevonden werd,

En hoewel het een geringhe zake zoude zijn, een geheele Catalogus van alles tevens uyt te geven: soo is echter mijn voornemen 't selvighe stuks wijse te verrighte, beginnende van die dingen, dewelke in de onderste Kamer gevonden werden.

In dese staan twee Kabinetten uyt Indiaansch Hout cierlijk gemaakt.

In de twede Kamer vier groote Kabinetten, als mede veele middelmatige, waar van het 1e vervult is met de herten van Menschen.

Het twede is beset met Longhen van Menschen, als mede met Herten daar de Longhen nogh aan vast sitten: En dat alles, soo als sy in 't menschen lighaam gelegen hebben.

Het 3de onthout in sigh de partyen der Vrouwen tot de Voortteelingh gedestineert.

Het 4de het gedarmte van verscheyde Kinderen, seer net geconserveert.

Het 5de een hoope witte en seer konstigh gemaakte Geraamtens van Muysen, dewelke rontom, en op 't Geraamte van een Rot met selsame gesten verbeelden te bespringen.

Het

Het 6de is verſien met Moer-koeken : en ſoo voorts zijn de reſte geſtoffeert met verſcheyde zaaken.

In deſe geſeyde tweede Kamer werden nogh vier Ceder-Houten Kaſſen gevonden, verſien van vier nette Geraamtens van jonghe Luyden.

In de derde Kamer ſtaat een Tombe verſien van verſcheyde Geraamtens van Kinderen; als mede aght groote Kaſſen, waar in verſcheyde Anatomiſche zaken te zien zijn; ook onthoud deſe Kamer verſcheyde Lijken van Jongelingen, die van over veele jaaren cierlijk zijn geconſerveert geworden.

Nu is het voornemen eerſt te beſchryven, en in 't ligt te geven, 't geen in 't eerſte Cabinet van de eerſte en onderſte Kamer gevonden werd, met intentie van alles wat in yder deel te zien is, vervolghlijk te verhalen,

En alles wat my van plaats tot plaats voorkomt, 't geene ik voor onbekent, of voor onbeſchreven kome aan te ſien, of 't geen ook by anderen niet wel in Figuuren afgebeelt is, 't ſelve ſal ik in Figuuren daar tuſſchen voegen; en alſoo ſal yder Cabinet ſijn eygene Catalogus hebben.

De nuttigheyd die my dunkt daar in te ſteken is deſe. Niemand heeft tot nu toe alle mijne Rariteyten geſien, en dat om de veelheyd der ſelve, en kortheyd des tijds : Het is my ook onmogelijk te bedenken, waar yder voorwerp is geplaatſt, 't geen my meermalen moeilijkheyd gebaart heeft; en hier door ſalmen ſulks konnen voorkomen.

Maar ſoodanig een algemeene Lijſte gemaakt zijnde, ſal men aanſtonds konnen weten, waar dit of dat geplaatſt is : Soo imand ook de Catalogus ſal geleſen hebben, 't geen hy ſien wil, kan men hem aanſtonds toonen. De eene menſch heeft ſin in 't eene, een ander in 't andere te ſien, en alſoo ſal men een yder vergenoeging konnen geven, en dat met weynig verlies van tijd.

Daer en boven, ſoo ymand twyfelt aan 't ware weſen, van 't geen in Figuren afgebeelt is; ſoo ſal men hem ſulks haaſt konnen laten ſien.

Dit is by andere Anatomiſten nogh in geen gebruyk geweeſt, namentlijk dat men de objecten, waar na haare Figuren zijn geſneden, by haar bewaart zijn, hier van daan komt het, dat ſommige ons veele zaken op de mou geſpelt hebben, die noyt in 't menſchen lighaam getoont konnen werden.

Vaart ondertuſſchen wel, Beminde Leſer, en wilt deſen mijnen arbeyd, niet ſonder groote onkoſten volbragt zijnde, met uwe gunſte vereeren.



C: Huijberts, ad vivum Sculpsit.

FIGURÆ SECUNDÆ
EXPLICATIO.

TAB. 2. EXPOSITIO.

A. *Phiala infantis brachium continens.*

B. *Lintei Ornamentum fimbriatum.*

C. *Brachium.*

D. *Materiæ polyposæ crassiores particulæ.*

E. *Globuli adiposi, substantiâ membranæ analogâ obducti.*

F. *Materiæ polyposæ particulæ tenuiores.*

G. *Linteum rarum, quo vulnus brachîi amputati obvelatur.*

H. *Membrana, qua, loco vesicæ, clauditur phialæ orificium, scatetque dicta membrana arteriis, ceraceâ materiâ rubrâ oppletis.*

Uytlegging van de 2. PLAAT.

A. *Een glas, in sigh onthoudende den Arm van een kleen Kind.*

B. *De franje van't Linne.*

C. *Den Arm.*


D. *De dikke partyen van de polypeuse stoffe.*


E. *Ronde smeer bollekens, omvangen van iets, 't geen een vliesje seer wel gelijkt.*


F. *De dunste partyen van de polypeuse stoffe.*


G. *Yl Lijnwaat, waar mede de wonde van de afgesette Arm bedekt is.*


H. *Het Vlies, waar mede de mond van't glas gesloten is, in plaats van de blaas, en is dit Vlies seer wel versien van slagh-aderen, dewelke met een rood-wassighe stoffe zijn gevult.*



TAB. 2.
H
G
A
B
C
F
D
E
D
ad vivum fecit













C. Huijberts, ad vivum sculp.

















C. Huijberts, ad vivum sculps.

THESAURUS

ANATOMICUS

PRIMUS.

Ex ligno indico colore variegato nitidè confectus, in quo ſequentia ſunt repoſita.

PRimò nobis occurrit in fundo lævi lateris Pedamentum ex ligno Juglandis confectum, cui impoſita eſt rupes artificioſa, ex calculis humanis conſtans, cujus fundamentum rupes naturalis, tot calculis humanis undique obſita, ut quicquid in oculos occurrit, ſint meri calculi humani. Vide Tab. I.

Hi ex variis corporis partibus deſumpti, diverſi ſunt coloris, figuræ, magnitudinis & ſubſtantiæ: hoſce inter

A. A. A. *Calculi ſunt parvi humani per vias urinarias excreti, quibus rupes naturalis tegitur, eo præſertim loco, ubi majores calculi rupem obſcurare non valent.*

B. *Calculus humanus Veſicâ, poſt mortem, à nobis exſectus, formâ manubrii ſcipionis, quo eundo innitimur.*

Het eerſte

ANATOMISCH CABINET,

Van gevlamt Indiaans Hout cierlijk gemaakt, waar in deſe volgende Zaken onthouden werden.

VOor eerſt ſtaater aan de linker zyde van de grond een Pedeſtal van Notebomen Hout gemaakt, waar op een artificiele Rots geplaatſt is, toebereyt uyt ſteenen, die in 's menſchen lichaam zijn gegroeyt, hebbende tot haar fondament een natuurlijke Steenrots, die met ſoo veel kleene en groote ſteenen, uyt 's menſchen lichaam gekomen, beleyt is, dat alles, watmen ziet, een tſamenſtel van ſteenen is, dewelke in 's menſchen lichaam zijn gegroeyt.

Alle deſe Steenen, uyt verſcheyde partyen van 's menſchen lichaam gekomen zynde, differeren veel van den anderen in couleur, figure, groote, en ſubſtantie.

Onder alle deſe Steenen, zijn die met de Letteren A. A. A. *getekent, de kleenſte, door de waterwegen geloſt, deſelve dienen alhier tot het bedekken van de natuurlijke Steenrots, voornamelijk op die plaatſen, daar de groote Steenen, de natuurlijke Steenrots niet en konden dekken.*

B. *Een Steen, van gedaante de knop van een Wandelſtok gelijkende, en is deſelve van ons na de dood uyt de water-blaas geſneden.*

C. *Calculus à Lithotomo extractus, figurâ fructum Mori imitans.*

D. D. *Calculi è Vesica urinaria Octogenariæ exsecti, cujus historia admiranda exstat, in observationibus meis Anatomico-Chirurgicis A°. 1691. in lucem editis. Vide Observ. primam. Patiens à viginti annis passa fuerat totius uteri propendentiam & simul cum illa, Vesicæ urinariæ prolapsum, ita ut Uterum totum quantum cum annexa vesica manibus arriperemus, palpitando calculos latitare in partibus prolapsis haud dubitabamus, nec falsi sumus. Facta enim incisione, illicò extraximus momento temporis calculos quadraginta & duos, quorum forma admiranda in angulis hujus rupis videri potest. Qua methodo inaudita citò fuerit curata, in prædicta observatione videri potest.*

E. *Calculus è Vesica Urinaria à Lithotomo extractus.*

F. *Alius eodem modo eductus.*

G. *Calculus niger è Pelvi post fata excisus, Zingiberis forma.*

H. *Alius ex Pelvi, scintillante nigredine obsitus, id quod pluries observatur in calculis illo loco repertis.*

C. *Een steen van een Steensnijder uyt de Water-blaas gesneden, van gedaante een Moerbesie gelijkende.*

D. D. *Steenen, dewelke uyt een oude Vrouw van tachtentigh jaren zijn gesneden, welke verwonderinghs waardige Historie beschreven staat, in mijne Anatomische en Chirurgicale Observatien in 't Jaar 1691. in 't licht gegeven. Ziet aldaar de eerste Observatie. De Patient hadde ontrent 20 jaren een uytsinkinge hares geheele Lijfmoeders gehad, en te gelijk mede een uytsinkinge van haare Waterblaas, soo datmen de geheele Lijfmoeder, met de t'samengevoeghde blaas in de hand konde nemen, en deselve wat drukkende scheen het ons toe, ja wy en twijfelde niet, of de uytgesackte deelen waren met steenen gevult, 't welk de uytkomste ook leerde. Want een openinge gemaakt zijnde, zoo hebben wy in aller ijl 42 steenen daar uyt gekregen, welkers selfsaame gedaante in de hoeken deses Steenrots te zien is. Op wat ongehoorde wijse de lijderse haastigh tot genesinge is gekomen, kan men nasien in de geallegeerde Observatie.*

E. *Een Steen uyt de Water-blaas gesneden.*

F —— *Op deselve wijse uytgehaalt.*

G. *Een swarte Steen, na de dood, uyt het bekken van de nier gesneden, van gedaante een klaauw Gember verbeeldende.*

H. —— *Uyt deselve plaats gesneden; Dese is omvangen van een glinsterende swartigheyt, 't welk men meermalen bevint in de Steenen, die in die plaatzen gevonden worden.*

I. *Alius è faucibus tussi ejectus, postquam patiens, per plures annos questus fuerat de difficultate deglutiendi.*

I. *Een andere Steen, door 't hoesten opgegeven, en dat uyt de keel, na dat de lijder een seer geruymen tijt geklaagt had, over het ongemackelijk inswelgen van spijs en drank.*

K. K. *Duo calculi per tussim ejecti è Pulmone.*

K. K. *Twee Steentjens door het hoesten uyt de Longh voortgekomen.*

L. L. *Duo calculi insignes, Rupes per se mentientes, iique è Vetulæ Mamma post mortem exsecti.*

L. L. *Twee groote Steenen, verbeeldende 2 Rotsjens, dese zijn na de dood uyt een der borsten van een stok oude Vrouw gesneden.*

M. *Calculus pullus Lithotomi ope extractus, cortice griseo, crassissimo, duroque obsitus.*

M. *Een swarte Steen, omvangen van een seer dikke, graauwe, en harde schorsse, deselve is door een Steensnijder uyt de Water-blaas gesneden.*

N. *Calculi parvi è digiti articulis mulieris podagricæ; hi à pilo dependentes, retinentur dextra sceleti fœtus humani, quatuor præter propter mensium, huic rupi adstantis: Dictum sceleton sinistra continet & veluti admovet oculis strophiolum, è membranula tenuissima, myriadibus arteriolarum rubicundissimarum prædita, quo, tanquam flendo, hominum miserias exprimens, Cœlum respicere videtur cum inscriptione*

HOMO NATUS DE MULIERE,
BREVI VIVENS TEMPORE,
REPLETUR MULTIS
MISERIIS.

N. *Kalkachtighe Steentjens, uyt de kneukels van een podagreuse oude Vrouw gesneden. Dese aan een hairtjen hangende, werden gehouden in de rechterhand van een geraamte van een onvoldrage Kindje van ontrent vier maanden draghts, staande het selve benevens de geseyde Steen-rots. Het selve geraamte heeft in sijn linker hand een neusdoekjen, gemaakt van een seer dun vliesken, waar door duysende van fijne slaghaderkens loopen, 't selve quansuys na de oogen brengende, als wilde het de miserien der menschen al schreyende uytdrukken; en de ooghraden opwaarts na den Hemel gestrekt zijnde, is dessels devijs*

De Mensche van een Vrouw gebooren, en eenen kleenen tijd leevende, is vol van gebreeken.

O. *Calculus prodigiosæ magnitudinis, Rupis æmulus, post mortem in tumulo, inter pedes, repertus.*

P. — *Vesica exsectus.*

Q. — *alius, major.*

R. — *Magnus formâ Zingiberis, Pelvi adhuc inhærens.*

S. — *Magnus, Lithotomi ope ablatus, cujus cortex griseus.*

T. — *asperrimus, ater, exsectus.*

V. *Calculi varii nigricantes, post fata è renibus exsecti.*

W. *Calculus Ureteri inclusus, unde uretere obstructo, vitam cum morte commutavit puella, quatuor circiter annos nata. Quantos autem cruciatus passa fuerit, antequam animam Deo redderet, sine animi motu recordari nequeo.*

X. X. X. *Calculi è Vesica fellea, post mortem, exsecti.*

Cæteri omnes, aut per vias Urinarias sunt excreti, aut post mortem Vesicâ, aut Renibus exempti.

Hisce omnibus interpositi sunt rami arteriosi, foliis nudatæ arboris ramos repræsentantes, qui loco sanguinis ceraceâ materiâ rubicundissimâ artificiosè repleti, calculos inter se continent, Rupem

O. *Een seer groote Steen, van gedaante een Steenrotsje gelijkende, dese is in de dootkiste van een verrot mensche gevonden, en dat tusschen des selfs beenen.*

P. — *Uyt de Waterblaas gesneden.*

Q. — *Een grooter.*

R, — *Een groote, van gedaante een klaauw Gember gelykende; dese sit noch in een der Water-pesen begin, of bekken.*

S. *Een groote Steen van een Operateur uyt de Water-blaas gesneden, wiens schorsse graauw is.*

T. *Een seer rouwe swarte Steen, door deselve wijse bekomen.*

V. *Verscheyde swarte Steentjens, na de dood uyt de Nieren gesneden.*

W. *Een Steen, die in een der Water-peesen is blijven sitten, waar door die Water-peese is komen te verstoppen, en het Meysken, out ontrent 4 jaren, is komen te overlijden. Wat al smerten dit Doghterken, door dit ongeval uytgestaan heeft, zulkx kan ik niet, als met beweginge des gemoets, na denken.*

X. X. X. *Steenen, na de dood, uyt de Gal-blaas gesneden.*

Alle de resterende zyn of door de waterwegen geloost, of na de dood, uyt de Water-blaas, of Nieren gehaalt.

Tusschen en rontom dese geseyde Steenen, werden gevonden takken van slaghaderen, representeerende takken van bladerloose boomen, dewelke door konst opgevult zijn, met een seer roode en waschahtige stoffe, waar door de Steenen niet alleen,

maar

pem dictam firmiorem reddunt, visuique gratiam conciliant. Dicti rami arteriosi desumpti sunt ex variis corporis partibus, idque non solùm è corporibus hominum, verùm etiam brutorum.

Huic Rupi, adstant tria Sceleta fœtuum abortivorum quatuor circiter mensium; de primo superius mentio facta est.

Secundum è regione situm, dextra falcem gerit, ictumque quasi minatur, cum inscriptione.

NEC PARCIT IMBELLIS JUVENCÆ POPLITIBUS.

In superiore parte Rupis tertium sceleton locatum, ejusdem fere ætatis, dextra gerens funiculum ex margaritis puris exilibus confectum, quem indice sinistræ manus videtur indigitare, caputque sursum erectum, quasi cœlum adspicere vellet, ea ornatur inscriptione

CUR EA DELIGERE VELIM,
QUÆ SUNT IN MUNDO?

E Regione hujus Rupis Pedamentum secundum è ligno Juglandis factum, Asperisque Arteriis non solùm humanis, verùm

maar ook selfs de geheele Steenrots een onderlinge vastigheyt bekomen. Ook soo geven dese takken een aangenaam gesichte aan den beschouwer: en zijn deselve genomen uyt verscheyde deelen des lichaams, soo van menschen, als beesten.

Ontrent dese Steenrots staan 3 Geraamtens van onvoldrage kinderkens van ontrent 4 maanden draghts, van het eerste is hier boven gesproken, waar tegen over het 2e, geplaatst is, hebbende in des selfs rechter hand een seyssen, waar mede het schijnt te willen treffen, met dit devijs

De dood en spaart ook selfs de weerloose Jeught niet.

Het 3e. Geraamte ontrent van deselve ouderdom is boven op de Rots geplaatst, hebbende in des selfs rechter hand een Snoertje van kleene en fijne Peereltjens, waar na het met de voorste vinger van de linker hand schijnt te willen wijsen, en het hooft opwaarts gewent zijnde, als wilde het na den Hemel zien, heeft tot devijs

Waarom soude ick die dingen willen beminnen, die in de Werelt zijn?

Tegen over dese geseyde Steenrots vintmen een Noteboome Pedestal met Longhpijpen beset, soo van Menschen, als van Kalveren; en

rùm etiam vitulinis inſtructum; hujus pedamenti medium occupat pedamentum alterum, ex eodem ligno confectum, cui inſident duo ſceleta fœtuum abortivorum quatuor circiter menſium; horum unum geſticulationibus humanas res quaſi deridere, & ſic, DEMOCRITUM repræſentare videtur; alterum verò, dextrâ ſtrophiolo inſtructâ & orbitæ dextræ admotâ, HERACLITUM exhibet.

Inſcriptio primi ſceleti talis eſt.

CUM TANTUM IN VITA RESTET TRANSIRE MALORUM, LIBER AB HIS LETHO, LÆTUS SINE VOCE TRIUMPHO.

Secundi

NOS DULCIS VITÆ EXSORTES, ET AB UBERE RAPTOS, ABSTULIT ATRA DIES, ET FUNERE MERSIT ACERBO.

Not. 1. Strophiolum dictum, ex membranula confectum, innumeris gaudet arteriolis rubicundiſſimis, quarum curſus ſerpentinus non ineptè opus Phrygium æmulatur, de quo Propheta David loquitur Pſal. 139.

2, Oſſa Cranii ſtriatim accreſcere, inſtar glaciei, in illa ætate, hic palam eſt.

In anteriore parte Pedamenti ſupradicti continetur

A. *Aſpera arteria Vitulina*, ce-

en op dit Pedeſtal werd nog in't midden een tweede Pedeſtal gevonden, mede van 't ſelve hout gemaakt, verſien van twee kleene geraamtens, van Kinderkens, mede ontrent van 4 maanden draghts, hier van ſoo iſt, dat het eene, door des ſelfs verbeelde geſten *Democritum* verbeeldende, 's menſchen doen ſchijnt te belacchen. Het andere heeft een neusdoekjen in ſijn rechter hand, 't welk aan 't rechter oogh-rat gebragt zijnde, den ſchreijende *Heraclitum* verbeeld.

Het devijs van het eerſte is.

Nadien men in dit leven ſoo veele wederwaerdigheden moet uytſtaan: ſoo iſt, dat ick daar van vry gemaakt zijnde, ſtemmeloos, triumpheer.

Van het tweede.

Wy van dit zoete leven berooft, en van de borſten afgerukt, zijn van de nare dood weghgenomen, en in 't duyſtere graft geleght.

Aanmerkt ten eerſten, dat dit neusdoekje gemaakt is van een ſeer dun vliesken, doorwrocht van een ontelbaar getal van ſeer rode ſlaghaderkens, dewelke ſlangs-wijs loopende, een waarachtigh borduurſel ſeer aardigh komen te verbeelden, waar van den Propheet David ſpreekt in den 139 Pſalm.

Ten 2e. dat de beentjens van de Bekkeneeltjens in die tijd ſtraalwijs uytgroeien, gelijk 't water, dat 's winters komt te bevrieſen, kan men hier bequaamlijk zien.

Op de voorſte zijde van 't geſeyde groot

Ceraceâ materiâ rubicundâ repleta, atque inversa, ita ut arborem ramosam sine foliis repræsentet. Vide L. A.

Not: Ramos ita exsiccavi, ut feré naturalem retinuerint dispositionem, sc: nonnulli antrorsum, alii retrorsum vergunt.

B. *Portio Pulmonis vitulini inflati, exsiccati, & in lamellas fissi, ut vesicularis aut spongiosa Pulmonis substantia se videndam exhibeat.*

C. *Pulmonis humani portio, eodem modo præparata, ut substantia vesicularis non solùm, verùm etiam calculi in Pulmone nati, conspiciantur.*

D. *Aspera arteria infantis inversa, cum annexis Arteria & Vena pulmonalibus.*

E. *Aspera Arteria inversa, eaque ex fœtu quatuor circiter mensium.*

F. *Asperæ Arteriæ portio, ceraceâ materiâ albicante repleta, per quam rami Arteriæ Bronchialis sunt dispersi, eaque è corpore vitulino.*

G. *Aspera Arteria vitulina, antiqua methodo præparata, & jam à triginta quatuor annis conservata.*

N°. III. Inter dictas duas Rupes, Puel-

grootste Pedestal werd gevonden. *De Longepijp van een Kalff, met een roodwassige stoffe opgevult, en omgekeert, verbeeldende alsoo een getakte en bladerloose boom, en is dese getekent L.* A.

Aanmerkt dat ik dese takken soo gedrooght hebbe, datse byna haare natuurlijke gestalte gehouden hebben, en wijken sommige voorwaarts andere achterwaarts.

B. *Een stuk van de Longh van een Kalf, opgeblasen, gedrooght, en in moten gesneden, op datmen desselfs voose en blaaswijse substantie bequaam soude mogen zien.*

C. *Een stukje van de Longh van een mensch, op deselve wijse toebereyt, op dat niet alleen des selfs blaaswijse substantie, maar ook eenige steentjens konde gezien werden, die in de Longh gegroeyt zijn.*

D. *Een omgekeerde Longhepijp van een kleen Kint, waar aan noch vast zitten des Longs-ader en Slagh-ader.*

E. *Een omgekeert Longepijpje van een kleen Kintje van ontrent 4 maanden draghts.*

F. *Een stuk van een Longe-pijp, met een witte waschaghtige stoffe vervult, waar langhs eenige takjens van de Arteria bronchialis loopen, dewelke met een rootwaschaghtige stoffe vervult zijn, en is dit uyt een Kalf genomen.*

G. *Een Longh-pijp van een Kalf, op de oude manier ontrent 34 jaren geleden van my opgeset en bewaart.*

N°. III. Tusschen dese 2 Steenrotsen

Puellæ trium, quatuorve annorum Sceleton repoſitum nivei coloris, pedamento ejuſdem notæ inſidens, & peculiari artificio confectum, ita ut non ſolùm maxima ex parte, ligamentis propriis & naturalibus oſſa cohæreant, verùm etiam ligamentorum arteriæ, ceraceâ materiâ impletæ ſunt, unde ſumma rubedine articuli ſunt præditi. Si quis dictos articulos oculis armatis luſtret, non ſolùm vivendos ſeſe exhibebunt ramuſculi capillares, verùm etiam iis multis partibus tenuiores.

Not. 1. Pars Capitis oſſei ſuperior, proprio Pericranio amicta, tot ſuperbit Arteriolis, ceraceâ materiâ repletis, ut dictum pericranium ſumma rubedine ſit perfuſum.

2. Siniſtra gerit Ramum Arterioſum ſplenicum, ex vituli Liene deſumptum, materiâ ceraceâ infarctum.

3. A dextra ope fili ſericei dependet Cor Pueri, lapidis inſtar durùm, cujus uterque ventriculus expanſus cum annexis Auriculis, ceraceâ materiâ impletis.

4. Dictum Cor inſtructum, Arteriæ Magnæ trunco ſicuti è Cor-

rotſen werd een ſeer wit geraamte geſien, van een Dochterken van 3, of vier jaren, 't ſelve op een Notebome Pedeſtal zittende, is op een nieuwe en byſondere wijſe toebereyt, niet alleen daar in beſtaande, dat het meeſt over al met ſijne natuerlijke banden vereenight is, maar ook ſoo zijn deſe banden verſien met hare ſlaghaderkens, dewelke met een rootwaſſige ſtoffe opgevult zijnde, de leden haar alſints bloet root vertonen. Wanneermen deſe banden met vergroot glaſen beſchouwt, ſoo komen ons niet alleen de capillare takjens der ſlaghaderen in 't geſichte, maar ook ſelfs die gene, dewelke ſeer veel fijnder zijn.

Ontrent dit Geraamte ſtaan verders deſe volgende zaken te conſidereren.

Ten eerſte. Het bovenſte deel van de Herſſenpanne is met ſijn natuurlijke pannevlies bekleet, waar door ſoo veel ſlaghaderkens loopen, door konſte ſoodanigh mede gevult, dat het pannevlies root van couleur is.

Ten 2. Van des ſelfs linker hand, na de borſt gewent zijnde, hanght af een Milts ſlaghader, op deſelve wijſe opgevult, en is deſe uyt een Kalf genomen.

3. De rechter hand vat een zijde draat, waar van afhangt het herte van een Jonge, ſoo hard gemaakt, dat het een ſteenigh herte ſchijnt te zijn, en zijn des ſelfs ooren mede opgevult met deſelve ſtoffe.

4. Aan het geſeyde herte is de groote Slagh-ader vaſt, ſoo als die uyt

Cordis ventriculo ſiniſtro emergit, reſervatis naturalibus diametro, forma, & curſu.

5. Quomodo ex Arteriæ Magnæ parte ſuperiore tres prodeant rami ſurſum vergentes, ſc: duæ Arteriæ Carotides, ut & Arteria ſubclavia ſiniſtra, hic videri poteſt. Arteria ſubclavia dextra ex Arteria Carotide dextra ortum habere, hic quoque luculenter apparet.

6. Præterea conſpicere licet utramque Arteriam Vertebralem A: A: ut & Mammarias internas B. B. prodire ex Arteriis ſubclaviis C. C.

7. E ſacco membranoſo ſeu Venæ pulmonalis baſi, quatuor ramos emergere, hic etiam cernitur: id quod in reſponſione ad Epiſtolam Problemat: decimam per figuram expreſſi.

8. Quomodo Arteria Pulmonalis, primò in partem dextram & ſiniſtram circa Cordis baſin diviſa, ulterius ſubdividatur, ſimul quoque oculis luſtrari poteſt.

9. Vaſa Coronaria per Cordis ſuperficiem diſſeminata, jucundo ſpectaculo viſuntur, oculis autem armatis minutiſſimi ramuſculi præterea conſpici queunt.

Dictum

uyt de linker holte van 't Herte voortkomt; ook ontbreekt 'er niets aan des ſelfs diameter, geſtalte noch loop.

5. Hoe uyt het bovenſte van de groote Slaghader 3 takken voortkomen, dewelke opwaerts loopen, namelijk twee Slaap-ſlaghaders, als mede de linker onderſleutelbeenige ſlaghader, kan men hier bequaamlijk zien. Ook iſt hier ſonneklaar te bemerken, dat de rechter onderſleutelbeenige Slaghader uyt de rechter ſlaap Slaghader haar begin neemt.

6. Ook is hier te zien, dat beyde de wervel-beenige Slaghaders A. A. als mede de inwendige Mamtakken B. B. haar oorſpronk nemen uyt de onderſleutel-beenige Slagh-aders, C. C.

7. Hier kan men ook beſchouwen, dat uyt de vlieſige ſak, of grond van de longs ader 4 takken voortkomen, 't welk van my voorheen afgebeelt is, in mijn Antwoord op de tiende briefs-wijſe Voorſtellinge.

8. 'T en is ook niet duyſter alhier aan te merken, hoe dat de Longhs Slaghader, aan de grond van 't Herte, in een rechter en linker deel verdeelt zynde, verders ook geſubdivideert word.

9. Ook hoe de kroonwyſe Bloetvaten over de oppervlakte van 't Hert komen te loopen, en alsmen Vergroot-glaſen wil gebruyken, ſoo kanmen de alderfijnſte takjens in 't geſighte krijgen.

Dit

Dictum Cor, ut ſupra dixi, à filo dependet ſericeo, cum ea inſcriptione.

OMNIA SUNT HOMINUM TENUI PENDENTIA FILO.

N°. IV. Dicto Sceleto à dextris oppoſita eſt phiala, caput infantis continens, liquori balſamico innatans, quod vivido colore tam nitidè præparatum & conſervatum eſt (abſque pigmento) ut dormientis potius, quàm denati caput, videatur, quamvis à multis annis ità conſervatum ſit.

Not. 1. Superiore parte Cranii ablatâ, Cerebrôque exemptô, conſpicienda ſeſe exhibent decem nervorum paria, Cranii oſſa perforantia, idque nitidius atque diſtinctius, quam in capite jamjam extincto, ne Patheticis quidem atque Acceſſoriis nervis exceptis.

2. Accuratiſſimè quoque conſpicere licet Nervorum auditoriorum ramum durum à molli eſſe diſtinctum, præſertim latere ſiniſtro.

3. Sinubus lateralibus duræ Matris à me apertis, oculos incurrit ſinus quartus.

4. In-

Dit Herte hanght aan een zijde draad, gelijk ik hier boven geſegt heb, met een opſchrift

's Menſchen Leven hanght aan een Zijde draad.

N°. IV. Aan de rechter zyde van dit Geraamte ſtaat een Vles, waar in onthouden word 't Hooft eenes kints, leggende in een Balſamique vochtigheyt; 't welk met een levendige couleur ſoo net bereyt en bewaart is (ſonder eenigh blanketſel) dat het meer gelijkt na 't hooft van een ſlapend, als geſtorven kind, hoewel het al eenige Jaren alſoo is bewaart geworden.

Hier ontrent ſtaat verders te conſidereren.

Ten eerſte. Het bovenſte gedeelte van de Herſſenpanne, ende de Herſſenen ſelfs wegh genomen zynde, ſoo iſt, dat haar de tien paar Zenuwen, die de Herſſenpan van onderen en van vooren doorbooren, veel klaarder en diſtincter laten zien, als wel in 't hooft van een vers geſtorve menſche, de lijdende, en alſoo genoemde bykomende Zenuwen niet uytgeſondert zynde.

2. Ook kanmen hier ſeer klaar zien, voornamentlijk in de linker zyde, dat de ſaghte tak van de gehoorzenue, van de harde tak onderſcheyden is.

3. De zydelijke groeven van 't harde of dikke Harſſen-vlies van my geopent zynde, ſoo komt ons nu hier de vierde groef in 't geſighte.

4. De

4. Infundibulum, Glandulæ Pituitariæ annexum, præ copia arteriolarum, ceraceâ materiâ rubrâ repletarum, summâ rubedine perfusum.

5. Glandula Pituitaria Sellæ equinæ insidens, in sui medio, ubi Infundibulo connectitur, nonnihil eminet.

6. A latere hujus Glandulæ, ut & à latere Nervorum Opticorum, cernuntur Arteriarum Carotidum trunci abscissi.

7. Facies, imò & labia, nullo modo rugosa, & vivido colore prædita.

No. V. A sinistris supra dicti sceleti, locata phiala, eodem liquore ex parte referta, cui innatat Infantis caput, eodem modo præparatum.

Not. 1. In capitis basi interiore, à latere dextro nervi paris vagi, nervus supernumerarius reperitur.

2. Nervorum Olfactoriorum extremitates Os cribrosum perforare, luculenter videri potest.

3. In hoc capite Nervorum, Cranio exeuntium, visuntur undecim, vel duodecim paria.

4. Nervi vagi in utroque latere

4. De Treghter, vast zittende aan het Fluym-kliertje, ziet men door de veelvuldigheyd van de Slagaderkens, die met een root wasch-aghtige stoffe vervult zyn, de gantsche Treghter bloet root te maken.

5. Het Fluym-kliertje in de Paerde-zadel zittende, is in sijn midde, daar het aan de Treghter vast is, eenigsints verheven.

6. Aan de zijden van dit Fluym-kliertje, als mede aan de zyden van de gesight-zenuwen, kan men de afgesneden stronken van de Slaap-slaghaderen bequaamlijk zien.

7. Het aangesighte, nogh ook de lippen en zyn geensints gerimpelt, en levendigh van couleur.

N°. V. Aan de linker zyde van 't geseyde Geraamte wert gevonden een tweede Glas, met deselve vochtigheyt ten deele vervult, waar in onthouden word, 't hooft eens kinds, op deselve wijse toebereyt.

Hier ontrent staat te noteeren.

Ten eersten. Binnen in de gront van 't Hooft, aan de rechter zyde, werd een overtollige Zenuw gevonden, benevens het dwalende paar.

2. Hier kan men ook klaarlijk zien, dat de uyteynden van de Reuk-zenuwen het Seef-been doorbooren.

3. In dit Hooft bespeurt men elf of 12 paar Zenuwen, dewelke de Herssen-panne komen te doorbooren.

4. Het dwalend paar doorboord hier

re duobus in locis Cranium perforant, exiguâ portione osseâ interpositâ.

5. Nervum accessorium, tam in dextra, quam in sinistra parte è variis fibris nervosis, variisque è locis oriundis, constare, hic quoque conspicuum est.

6. Quam tendinosa sit Dura Mater, in hoc capite apparet.

N°. VI. Pone utriusque jam descriptum caput, vivenda sese exhibent, pueri, 3 4ve annos nati, tenuia intestina, siccata, quæ, proprio Mesenterio cohærentia, naturales eorum circumvolutiones demonstrant; Quem in finem ceraceâ materiâ implevi, ut rotunditatem acquirerent, quâ prædita sunt, cum cibo, potu, aut flatu, in corpore vivo sunt extensa. Hisce relicta & connexa Coli portio, nec non integrum Cœcum, cum processu ejus Vermiformi, ut eorum constitutio videri possit in illa ætate.

Quæ jam sequuntur, super Asseres seu Repositoria Thesauri dicti, reperiuntur.

REPOSITORIUM, seu ASSER PRIMUS.

N°. I. Tenuia intestina fœtus hu-

hier wederzyts, op twee verscheyde plaatsen de Hersen-pan, en dat seer dight by den anderen.

5. Ook kanmen hier zien, dat de bykomende Zenuw, soo wel in de rechter als linker zyde, met verscheyde wortelen, of beginselen, uyt verscheyde plaatsen is voortkomende.

6. Hoe peesachtigh het harde Harssenvlies is, kanmen in dit Hooft bemerken.

N°. VI. Achter ider deser twee geseyde Hoofden werden gevonden de dunne, en gedrooghde darmen van een Kind, out tusschen de 3 en 4 Jaren; het darmscheyl daar noch aan vast zittende, kanmen bequaamlijk zien, de natuurlijke omwindingen van 't gedarmte: hier toe heb ik deselve met een root-waschachtige stoffe opgevult, op dat sy haare rondigheyt weder souden krijgen, waar mede sy begaaft zyn, wanneer se in 't leven met spijs, drank, of wint vervult zyn. Aan dit gedarmte zitten ook noch vast een gedeelte van den Colijk darm, als mede den blinden Darm, nevens desselfs worm-wijse Aanhanghsel, ten eynde men hare gestel in die ouderdom zoude kunnen zien.

Alles wat nu volght, is geplaatst op de Planken van 't geseyde Cabinet.

D'EERSTE PLANK.

N°. I. Het dunne gedarmte van een jongh

humani, jam jam nati, infarcta atque exsiccata, cùm annexa Coli portione, ut & intestino Cœco, processuque Vermiformi, eundem in finem præparatis, sc: ut constitutio Cœci naturali proxima, appareat, quæ longè differt in illa ætate, ab ea, quæ in pueris, aut ætate provectioribus cernitur; Successivè enim in recens natis Cœci intestini diameter diminuitur, sine notabili protuberantia, & sic degenerat in processum Vermiformem; in provectioribus verò ab una parte, valde protuberat, & ex illa protuberantia processus Vermiformis emergit; ita ut in ea ætate Cæci diameter haud successivè diminuatur.

In hisce intestinis reservata est naturalis eorum capacitas, & sine rugis extensa sunt intestina.

N°. II. Phiala continens liquorem, cui innatat Arteriæ Splenicæ vitulinæ portio, loco sanguinis, ceraceâ materiâ rubicundâ repleta, cujus extremitates penicilla detrita repræsentant, sicuti in homine expressi Fig. 4. Tab. 4. Epist. Resp. ad Ex-

jongh gebore Kintje, opgevult en gedrooght, waar aan noch vast zitten een gedeelte van den Colijkdarm, als mede den blinden darm, en des selfs wormwijse aanhangsel, al mede tot het selve eynde toebereyt; namentlijk, op datmen het gestel van den blinden darm, die hier seer na by de natuurlijke gestaltenisse komt, zoude kunnen zien, verscheelende seer veel in desen ouderdom van de voor verhaalde; want in jongh geboore kinderkens, wort den diameter van den blinden darm kleender en kleender, en dat sonder merkelijke uytsettinge, en verandert alsoo in het wormwijse uytsteeksel: maar in die gene, dewelke ouder zyn geworden, ziet men dat den blinden darm aan eene zyde ruymer en ruymer word, en uyt dese uytsettinge komt het wormwijse uytsteeksel voort: soo dat in die Jaren den diameter van den blinden darm, niet successivelijk en vermindert.

In dit gedarmte is de natuurlijke ruymte geconserveert; ook zyn de darmen sonder rimpelen uytgeset.

N°. II. Een Glas, onthoudende in sich een voght, en daar in een gedeelte van de Milts Slaghader, en dat uyt een Kalf. Dese is met een root waschachtige stoffe vervult, in plaats van bloed; des selfs uyteynden verbeelden afgesleete penceeltjens, gelijk ik sulkx ook afgebeelt heb in de Milts Slaghader van een Mensch, en dat in mijne Antwoord op de vierde voorgestelde Brief aan

Expertissimum D^n. *Campdomerçum.*

N°. III. Infantis Brachium liquori innatans, tam nitido pallidoque colore naturali (non sine mixtura coloris rubicundi) præditum, ut viventis constitutioni haud cedat. Hujus manus continet substantiam polyposam, artificio ex sanguine suillo confectam, sc: cruor è sue jamjam jugulato, manu tamdiu fuerat conquassatus, donec frigefactus, materia polyposa sese copiosè videndam exhiberet: in hac materia, è sola conquassatione, ut dixi, prognata, adipis variæ particulæ apparebant, firmiter polyposæ substantiæ adhærentes; sicuti Figura Tab^e. 2. lit. E. repræsentatur. Dictus adeps albissimus & durus, formam globolorum diversæ magnitudinis conquassando acquirens, membranulæ analogum integumentum simul acquisivit, cujus ope quoque adhuc connectitur polyposæ materiæ supra dictæ; interim manus, qua conquassatus fuerat cruor munda fuit, neque ulla pinguedine, aut sevo conspurcatus fuerat cruor.

Ex iis constat sanguinem in se continere pinguedinem dissolutam,

D'Heer Doctr. *Campdomerc*, ziet aldaar *Tab.* 4. *Fig.* 4.

N°. III. Een kints Armtje, in de selve vochtigheyt bewaart, en soo curieus toebereyt, dat het de levendige gesteltheyt niet en behoeft te wijken, zynde blanck van couleur, met eenige natuurlijke rodigheyt vermenght. Het hantje onthout in sich een polypeuse stoffe, door konst uyt het bloed van een Varken toebereyt, namentlijk, het bloed uyt een vers gekeelt Varken wiert met een hand, soo laagh gints en weder bewoogen, tot dat het koud geworden zynde, de geseyde polypeuse substantie in groote quantiteyt sich opdeede, en daar nevens ook eenige klompjens vet of smeer, die haar in 't bewegen of roeren uyt 't bloet opdeden, en haar vast vereenighden aan de geseyde stoffe, gelyk zulkx in de Fig. van dese 2de. Tafel aangewesen word met de letter E. Dese geseyde klompjes vet zyn seer wit, ook hardachtigh, ront en van verscheyde groote, en wierden in 't roeren ook omvangen van een vlies-gelijkend deksel, 't welk nogh te zien is, want door dit deksel vereenighde sy haar aan de polypeuse stoffe, gelijk se daar nogh aan vast geheght zyn. Ondertusschen staat te letten, dat de hand, waar mede het bloed geroert wierd, suyver, en met geen vreemde vette stoffe besoetelt was, gelijk ook niet het bloed selfs.

Hier uyt moet men besluyten, dat het bloed week vet in sich heeft, 't welk

tam, quæ in cellulas depoſita, concreſcit.

Notandum quoque, hanc phialam, Brachium continentem, ut & cæteras phialas obturatas eſſe loco veſicæ, (ut facere ſolemus,) integumentis, ex variis corporis partibus deſumptis, ſc: inteſtinis, cute humana, membranis Cerebri &c. quæ omnia, vaſis ſanguifluis ſcatentia, rubra ceracea materia ſunt repleta, id quod non ſolùm viſui gratum accidit, verùm etiam diverſorum vaſorum reptatum in iis cernere licet.

N°. IV. Portio capitis fœtus humani, ſecundum longitudinem diviſi.

Not. 1. Linguæ, ſecundum longitudinem dimidiatæ, vera conſtitutio, non ſolùm baſeos, verùm etiam apicis, à latere viſa, ſic quoque muſculoſa linguæ pars, accuratè ſeſe viſui offerunt.

2. Ductus ſupra palatum ad Aurem excurrens; hujus oſculi membrana fibras obtinet, quæ mentiuntur effluxum aquæ fluviatilis, qui obſtaculo quodam in-

't welk in de cellekens overgegaan zynde, aldaar komt te ſtollen.

En ſtaat ook te conſidereren ontrent dit Glas, waar in het geſeyde Armtje is geplaatſt; als ook mede ontrent alle de volgende glaſen, dat deſelve dight toegemaakt zyn, met bekleetſels, van verſcheyde partyen afgehaalt zynde, als van darmen, herſſenen, &c. en dat in plaats van blaſen. Ook zyn ſommige Glaſen gedekt met het Vel van een Menſche. En komen ons alle deſe dekſels ſeer root en cierlijk voor, nadien der ſelver bloetvaatjens ontelbaar zynde, met een root-waſchagtige ſtoffe opgevult zyn: Zulkx is niet alleen aangenaam te zien, maar brenght ook nuttigheyt aan voor een, die de cours deſer Slaghaders naaukeurigh na zien wil.

N°. IV. Een half Hooftje van een jongh geboore Kintje, na de lenghte in twee deelen verdeelt, waar in geſien kunnen werden

Ten eerſten. De ware inwendige geſteltheyt des Tonghs, ſoo wel van des ſelfs achterſte deel, of grond, als van het voorſte en uyterſte, en dat ſoo, als men die van ter ſijde ziet.

2. De openinge of het mondeke des Canaals, die van 't verhemelte na het oor gaat, kan men hier bequaamlijk zien, en werd deſe openinge bekleet met een vlies, wiens fibertjens of draykens in haren loop ſeer aardigh verbeelden de vloet van 't water in een naauw riviertjen of geute, in wiens midden eenigh beletſel geleght zynde, 't water ge-

dwon-

intercedente, viam sibi quærit diversam.

3. Integumentum septi Narium innumeris arteriolis esse præditum, constat ex portione hac, post divisionem hic relicta.

4. Ossa spongiosa Narium, membranosis integumentis vestita, per quæ myriades Arteriolarum sunt disseminatæ.

5 Unus ex dentibus incisoriis, secundum longitudinem dissectus, idque in maxilla inferiore; in eo triplex substantia observari potest; extima enim colore est albicante, media griseâ, tertia verò dilutiore colore griseo gaudet.

6. Cristam Galli in ea ætate totam esse cartilagineam, ut & septum Narium, Cristæ Galli, continuum, hic palam est.

7. Particulæ subrotundæ, per membranas ossa spongiosa investientes dispersæ, quæ glandulæ audiunt cœlo sereno luculenter conspiciuntur.

8. Remanentiæ processus falciformis, Cristæ Galli non solùm, verùm etiam interiori parti ossis Frontis cohærentes, distincte visuntur.

9. Glandulæ, Palatinæ dictæ, oculos quoque haud fugiunt, quantumvis nudos.

10. Po-

dwongen word zydelijk af te stroomen.

3. Dat het bekleetsel van het tusschen-scheytsel van de Neus, met seer veel, ja een ontelbaar getal van Slaghaderkens versien is, blijkt uyt dit stukxken, 't welk na de verdeelinge noch is gebleeven.

4. De sponcieuse beenderen van de Neus, zyn van een deksel bekleet, waar door ook duysende van kleene Slaghaderkens passeeren.

5. Een van de Sny-tanden van de onderste Kaak, na de lenghte geklooft zynde, bevint men uyt drie verscheyde selfstandigheden te bestaan; waar van de buytenste witachtigh is, de middelste graauw, en de derde weder wat lichter graauw van couleur.

6. Dat de Hanekam, in die tijt, geheel en al kraakbeenigh is, als mede het tusschen-scheytsel van de Neus, blijkt hier klaar; ook datse onderlingh met vermenginge van substantie vereenight zijn.

7. Als het seer helder weer is, soo kanmen door de vliesen die de sponcieuse beenderen bekleeden, veele kleene ronde lighaamtjens zien, dewelke kliertkens genaamt worden.

8. Ook de overblijffselen van het seyssen-wijse uytsteek, daar het sich vast maakt aan de Hanekam, en aan de inwendige tafel van 't voorhoofts been.

9. De alsoo genoemde Klieren van 't Verhemelte komen ons ook wel in 't gesighte, al schoon men geen vergroot-glasen en gebruykt.

10. Men

10. Pori cutanei luculenter quoque oculos incurrunt.

N°. V. Pueri Ren dexter, liquori impositus, colori & cæteris qualitatibus, naturali & vivo nullo modo cedens.

N°. VI. Een Glas, onthoudende in ſigh een gedeelte van de blaas van een ſwangere Vrouw, dewelke, geduurende hare draght met onverdraaghlijke pyne, en gedurighe begeerte tot het maken van haar water, gequelt zijnde, ten laatſten is komen te ſterven. Het lighaam van my geopent, en een viermaandigh Kintje daar uytgehaalt zijnde, heb ick de blaas verrot en bedurven gevonden. Edog 't geen ick meen aanmerkens waerdigh te zijn, is; dat aan alle de draden of faſelingen van deſe blaas, hingen ſeer veel kleene ſteentjes als ſantjes. Ziet de 2. fig. van de twede Plaat van dit twede Cabinet, en 't onderwerp ſelfs t'mynen huyſe.

N°. VII. Een Vlesje met heldere voght, waar in drie voorwerpen leggen, waar van 't eerſte aan een hayrtje hangende, een gedeelte is van een Menſchen Ooge, waar in ſeer perfect te zien is het onderſcheyt tuſſchen het Ruyſchen en Netwyſe-vlies. Daar en boven ſo is het Netwyſevlies van buyten beſet met een ſwarte ſtoffe, waar mede men in tegendeel meeſt ſiet de binnenſte oppervlakte van 't Ruyſchen vlies begaeſt te zijn. Ook werden hier des hayrwyſen bands zenuwen geſien, dewelke over de oppervlakte van 't Netwyſe vlies loopen.

In

In fundo hujus Phialæ cætera duo conspiciuntur objecta, quorum primum oculus humanus est, tali modo sectus, ut ea portione Scleroticæ quæ anterior est, & cornea dicitur, abscissa, in conspectum veniant humores crystallinus & vitreus, idque in situ naturali: Notandum interim humores dictos contra naturæ leges, limpiditatem amisisse, majoremque duritiem acquisivisse, idque à liquore nostro.

Præterea cernere quoque licet pigmenti nigri residuum, à Ruyschiana Tunica, ut & ligamento Ciliari avulsum, dictis humoribus circulariter, & striatim cohærere. Hujus striæ latiores in homine, quam in quadrupedibus, id quod non videntur observasse Autores, qui oculos vitulorum, loco hominum æri curarunt incidi.

Tertium objectum in fundo hujus Phialæ, Cornea est, in cujus facie interiore conspiciuntur

Ligamentum Ciliare, cum ejusdem processu, nec non circulus minor, in quem desinunt tendines processus ciliaris, pupillam

In de grond van dese Vles ziet men de verdere twee geseyde voorwerpen, waar van het eene een Menschen Ooghe is, op soodanig een wyse toebereyd, dat het voorste gedeelte, 't welk het hoornylies (*Cornea*) is geheten, wegh gesneden zijnde, de crystalline en glasaghtighe voghten, gesien kunnen werden, en dat in hare natuerlijke plaatsen: Ondertussen moet men noteren, dat dese voghten, tegens de natuere, haare doorsightigheyt en helderheyt verloren hebben, als mede datse harder sijn geworden van dese onse voghtigheyt.

Daar en boven kan men hier ook zien, het overighe van de swarte verwe of stoffe, 't geen van 't Ruyschen vlies, en hayrwyse band afgehaalt zijnde, aan de geseyde vogten in de ronte straalwys vast houd. Dese straalwyse stoffe, of stralen sijn breder in een Mensch, als wel in de viervoetighe dieren, 't geen die Autheuren niet en schynen geobserveert te hebben, dewelke de ogen van Kalveren, in plaats van die van de Menschen in koper afgebeelt hebben.

Het derde voorwerp, leggende mede op de grond van dese Vles, is het hoornvlies (*Cornea*) in wiens binnenste zyde, of wesen gesien worden.

De hayrwysen band, met des selfs aanhangsel, als mede den kleenen circul, waar in de peeskens van het geseyde aanhangsel komen te eyndigen, dewelke den Ooghappel

pillam dilatantes, nec non fibræ circulares, pupillam constringentes. Vid. Tab. 1. Thesaur. 2. fig. 4. 5. & 7.

N°. VIII. Membrana Retina oculi è puero desumpta, & liquori limpido innatans.

Not. 1. Arteriolæ ceracea materia sunt repletæ, unde Retina rubicunda apparet, estque adeo tenuis, ut telam aranearum tenuitate variis in locis superet,

2. In dicta Retina nihil medullosi apparet, ast totum vasculosum est: an verò medullosum sit abstersum in hoc objecto nec ne, affirmare non ausim; mirum autem visu horum vasculorum extrema tam esse subtilia, nec cavitate destituta, ut tomentosa videantur, ceraceâ materiâ tamen referta, quâ sine, oculorum, quamvis armatorum, aciem facile aufugerent. Vide fusius de hac re explicationem Resp. Pr. 13. Tab. 16. Fig. 7, ut & 16.

N°. IX. Phiala continens os Petrosum cum suis canalibus semicircularibus, ut & cochlea, à

verwyden; als mede de rontom lopende veselen of draden, dewelke den Ooghappel vernauwen. Ziet de eerste Plaat van dit twede Cabinet fig. 4. 5. en 7.

N°. VIII. Het netwyse vlies van een Kinds Oogh, dryvende in een heldere voghtigheyt.

Aanmerkt eerstelijk. De slagh-aderkens sijn met een rootwassighe stoffe vervult, waar door het netwysevlies sig root vertoont, en is 't selve soo dun, dat het een spinnewebbe in dunte op veele plaatsen komt te overtreffen.

Ten 2de. In 't geseyde netwyse vlies en is niets merghaghtighs te sien, maar is het selve geheel en al uyt bloetvaatjens bestaande; of nu het merghaghtighe in dit voorwerp afgegaan is, in de behandelinghe, of niet, sulks en kan ick niet voorseker seggen. Ondertusschen is het wonderlijk om te zien, dat deser bloetvaatjens uyteynden soo subtyl zijn, datse ons als donsaghtigh voorkomen, noghtans is alles hol en met een roodwassighe stoffe vervult, sonder welke opvullinghe dese geseyde uyteynden ons gesighte light soude komen te ontgaan, alwaar het schoon, datwe vergrootglasen tot hulp namen. Ziet hier op verders na ons Antwoord op de 13 Briefswyse voorstellinghe. Tab. 16. fig. 7. en 16.

N°. IX. Een Vlesje onthoudende in sig 't Steen-been, met desselfs half circulwyse canalen; als mede het

à latere aperta, ut tenue septum osseum, seu lamina ossea non solum, verum etiam tenella membranula, cochleæ cavitatem, & septum osseum succingens, vasculisque sanguifluis ditata, conspici possint; suntque dicta vascula artificiose tepleta ceraceâ mat. rubrâ.

N°.X. Oculus humanus transversim dissectus, in quo ligamentum Ciliare ob vasculorum repletionem rubicunda apparet, processus verò ejus cinerei coloris est, utpote vasculis non repletis.

In posteriore parte hujusce Phialæ in conspectum venit posterior Scleroticæ portio, cum Ruyschiana rubicundissima.

N°. XI. Oculus humanus transversim dissectus, ut Ruyschiana videri possit; in eo quoque Ligamentum Ciliare, naturali pigmento nigro obsitum, apparet.

Notandum quoque, quod visu dignum, arteriolas, ceracea materia refertas, luculenter hic posse conspici, per eam partem superficiei interioris corneæ, quæ pupilla audit, quæ arteriolæ in pupilla hominis perfectè sani, nnnquam in con-

het slakkenhuysje, 't welk van ter zyde open is gemaakt, om alsoo het dunne beenighe tussenscheytsel niet alleen, maar ook het seer dunne vlieskente zien, 't welk de holte van 't slakke huysjen, als mede dessels tusschenscheytsel komt te bekleden, en dat met des selfs slagaderkens, dewelke konstig opgevult zijn.

No. X. Een overdwers doorgesnede menschen ooghe, waar in den hayrwyse band sigh root vertoont, wegens de opvullinghe der bloetvatjens, edogh des selfs aanhangsel (*processus Ciliaris*) komt ons grauwaghtigh voor, nadien dessels bloetvatjens niet en zyn opgevult.

In 't aghterste van dit glas komt ons in 't gesigte het aghterste van 't harde vlies, als mede het Ruyschen vlies, 't welk seer rood is.

No. XI. Een overdwers doorgesnede menschen ooghe, om alsoo het Ruyschen vlies te kunnen zien; in 't selve vertoont sigh ook den hayr-wyse band, met dessels natuerlyke swarte stoffe beset.

Hier staat ook te letten, 't geen wonderbaarlyk te zien is, datmen hier selfs, in 't gesighte kryght die slaghaderkens, met een rood wassighe stoffe vervult, dewelke daar loopen langhs dat inwendighe gedeelte van de oppervlakte van 't hoornvlies, 't welk ooghappel is geheten, welke slaghaderkens in de ooghappel van een gesont en wel-

conſpectum veniunt; tamen adeſſe jam conſtat, imò forte nunquam ſeſe videndas exhibuiſſent, niſi hoc noſtro artificio detexiſſem.

2. Arterias nervum opticum concomitantes ſerpentino reptatu incedere, in hoc & aliis objectis, hic quoque videre licet.

3. Molles nervi oculares, nervo optico cohærentes; ut & Retina è fundo oculi emergens, nullaque ſubſtantia medulloſa obſita, hic videri poſſunt; an à natura?

N°. XII. Phiala in liquore continens portionem reflexam Scleroticæ è corpore humano, cum nervo optico, ut Ruyſchiana & Choroidea oculos noſtros incurrerent.

Not. E medio Scleroticæ portio Retinæ emergit ſubtiliſſima

N°. XIII. Oculus humanus tranſverſim ſectus, ut interiora pateant.

N°. XIV. Pueri caput liquori limpido innatans, cujus color viventis ſimilis eſt, oculiſque

welgeſtelt menſch noyt geſien worden, eghter blykt het nu hier, datſe daar zyn, en mogelyk ſouden ſy noyt haar vertoont hebben, ten ware ick deſelve door deſe onſe konſte ontdekt hadde.

Ten tweden kan men hier ook zien, de ſlaghaderen, dewelke de geſigt zenuwen vergeſelſchappen, en loopen deſelve in dit en andere voorwerpen ſlanghwys, als mede kan men hier

Ten derde ſien, die ſaghte oogh-zenuwen, dewelke haer by zyden aen de geſight zenuwen voegen; als mede het net wyſe vlies, 't welk uyt de grond van 't ooghe voortkomende, met geen merghaghtighe ſtoffe beſet is, of dit ſoo van natuure geſchapen is, of niet, zulks is my onbekent.

N°. XII. Een Vlesje met voght, en daar in een omgekeert ſtuk van 't harde vlies van een menſchen oogh, met deſſelfs geſight zenuwe, om alſoo het Ruyſchen en aderaghtighe vlies te kunnen beſchouwen.

Aanmerkt ondertuſſchen, datter een ſubtile portie van 't net-wyſe vlies, uit het midden van 't harde vlies, komt uitpuylen.

N°. XIII. Een ovet dwers doorgeſnede oogh van een menſche om het inwendigh geſtel te kunnen zien.

N°. XIV. Een Kinder hooftje, leggende in een vles met helder vogtigheyt, wiens kouleur ons ſeer levendigh voorkomt; ſoo dat de

que clausis, dormientis caput repræsentat.

Not. 1. Superior cranii pars, nec non cerebrum ablata sunt, remanentibus arteriis per cerebrum dispersis.

2. Arteriolæ, quibus integumentum membranaceum, nervum opticum investiens, superbit, in utroque latere conspici possunt, nec non remanentiæ nervorum olfactoriorum.

3. Remanentiæ falcis, cristæ Galli adhuc connatæ, sunt in hoc objecto visibiles.

4. Ea duræ matris portio, quæ tenacissime cohæret superiori parti orbitarum oculorum, innumeris arteriolis scatet.

5. Quo ritu arteriolæ perambulent piam matrem, ad nervorum opticorum exortum, hic cerni potest.

N°. XV. Oculus humanus liquori limpido innatans, qui ita præparatus est, ut Iris in conspectum sese daret.

Not. 1. Quantumvis arteriolæ, per Iridem dispersæ repletæ sint, minus tamen conspicuæ hic sunt, quam quidem in facie ejus posteriore, quæ liga-

de Ooghen geslooten zijnde, 't hoofje van een slapend Kindje gerepresenteert word.

Aanm. ten eersten, het bovenste gedeelte van de herssen-panne, als mede de herssenen wegh genomen zijnde, zijn de slaghaderen, die door de herssenen verspreyd waren, nagebleven.

Ten tweden. Aan beyde zyden kan men zien de slaghaderkens van 't bekleetsel van de gesight-zenuwen; als mede de overblyfselen van de reuk-zenuwen.

Ten derden. De overblyfsels van de seyssen zijn nogh aan de hanekam vast blyven sitten, in dit voorwerp.

Ten vierden. Dat gedeelte van 't harde harssenvlies, 't welk seer vast vereenight is, aan het bovenste van de Ooghraden, is vervult van slaghaderkens.

Ten vyfden. Op wat wyse de slaghaderkens het dunne harssenvlies doorwandelen, ontrent het begin van de gesight-zenuwen, zulks kan men hier ook zien.

No. XV. Een Menschen Ooge, in een heldere voghtigheyt hangende, 't welke soodanigh toebereyd is, dat men de Regenboogh (*Iris*) bequaam zien kan.

Aanm. ten eersten. Hoewel de slaghaderkens, door den Regenboogh verspreyd zijnde, vervult zijn geworden, soo kan men eghter dese niet soo wel zien, als wel

mentum Ciliare nuncupatur.

2. Nervi & Arteriolæ, nervum opticum concomitantes, luculenter hic visuntur; nec non duo ex nervulis (Ciliaribus à me dictis,) admodum conspicui, idque propter arteriarum repletionem materiâ ceraceâ rubrâ.

N°.XVI. Oculi infantis pars postica, in ea Ruyschiana rubicundissima apparet, præterea ex oculi medio portio Retinæ erumpit.

N°. XVII. Portio asperæ arteriæ humanæ, liquori innatans, ut ita dictæ glandulæ in conspectum venirent, quæ sunt numerosissimæ, & dispersæ per interiorem superficiem asperæ arteriæ, ad ejus lubrificationem destinatæ.

ASSER Tertius.

N°. I. Fœtus humani immaturi hepar excarne, ut vulgò loquuntur, id est, ut ego loquor, hepar omnibus suis extremitatibus succosis, quæ glandulæ aliis perperam audiunt, destitutum, ut vasorum reptatus, numerus, &c. accurate videri queant.

Quan-

daer se van aghteren, door des selfs wesen, 't welk hayrwyse band geheten is, komen te lopen.

Ten tweden. Die Zenuwen, en slaghaderen, dewelke de gesightzenuwen vergeselschappen, kan men hier klaar zien; als mede twee zenuwkens, dewelke hayr-wyse bands zenuwkens van my geheten zijn, dese loopen langhs de oppervlakte van dit voorwerp, en zijn ook des te klaarder te zien, om dat de slaghaderkens met een roodwassighe stoffe opgevult zijn.

N.XVI. Het aghterste gedeelte van een Kinds Ooghe, waar in het Ruyschen vlies sigh seer rood komt te vertoonen; daar en boven komt 'er uyt het midden van't Oog een gedeelte van het netwyse vlies.

N°.XVII. Een gedeelte van de Longe-pyp van een mensch, leggende in een voghtigheyt, op dat de alsoo genaamde kliertjens ons zouden voorkomen, zijnde deselve seer veel in getale, en verspreyd door de inwendighe oppervlakte van de Longepyp, tot bevoghtinghe van deselve.

De Derde PLANK.

N°. I. EEn onvoldrage Kinds Levertje, 't welk geexcarneert of ontvleest is, soo men gemeenlijk spreekt, dat is, na myn seggen, een Levertje ontbloot van alle des selfs bloetvaatjens sapryke uyteynden, dewelke t'onreght kliertjens geheten worden, op dat men der vaten cours, getal, &c. naukeurig konde zien.

Hoe

Quanta ſit differentia inter veram dictorum vaſorum exiſtentiam, & figuras, ab autoribus depictas,hic cernere licet.

In jecinoribus, carne privandis, aſſolent unguibus, cultro ligneo, &c. ita dictam carnem auferre, unde vaſa longiora evadebant, tandem extremitates, non omnes, quod impoſſibile eſt, acicularum cuſpide pungebant, aſſeri affigebant, & ſic exſiccabant, unde formam,à naturali plane diverſam, acquirebant: hiſce ita peractis, pictoribus tradebant, è quorum manibus figuræ ſculptori exhibebantur, unde innumera figmenta nobis obtruſêre autores nonnulli.

A plurimis annis, in perſcrutandis jecinoribus, & cæteris viſceribus animum ſummopere defatigavi; ſæpius ab aquæ frigore ſenſum amiſerant digiti manuum, nunquam autem rem acu tangere potui;paucis autem abhinc annis methodum inveni, qua vaſa ſanguinea liberantur ab eo, quod viſui impedimento eſt, ne rectè videri queant vaſa: idque ſine ulla adhibita vi, unde ramuli numero haud diminuuntur, neque longiores fiunt juſtò; id quod de vulgari

Hoe groot een onderſcheyd daer is tuſſchen de ware geſchapenheyt der geſeyde vaten van de Lever, ende de Figuren, dewelke de Autheuren afgebeelt hebben, kan men hier zien.

In het excarneren der Levers zijnſe gewoon met hare nagels, houte meskens, &c. het alſoo genoemde vlees van de vaten af te doen, waar door de vaten langer en langer wierden, eyndeling ſtaken ſy de uyteynden, niet alle, 't welk onmogelijk is te doen, met de punten van ſpelden, op een plank, en droogdenſe alſo, waar door deſelve een onnatuurlijke geſtalte kregen: Dit aldus verright zijnde, gaven ſy 't ſelve aan de tekenaars over, en deſe wederom aan de plaatſnyders, waar door ons ſommige Autheuren ontallijke verdigtſelen op de mouw hebben geſpelt.

Van over veele jaren af, heb ick my met groote vlyt beneerſtight om 't geſtel van de Lever te onderſoeken,waar door my ſeer dikwils de vingeren door 't koude water verdooft wierden; edogh noyt konde ick ſulks na wenſch verrighten, als nu voor eenighe jaren, wanneer ick quam uyt te vinden een ſekere manier van doen, waar door de bloetvaten bevryd worden van al 't geene, 't welk ons geſighte eenighſints komt te verhinderen, in 't beſchouwen der vaten, en dat ſonder eenigh gewelt daar op te doen, waar door 't getal der takjens geenſints komt te vermin-

ri præparatione dici non potest.

Not. 1. Vena portæ pluribus gaudet ramulis minoribus, quam vena cava, imò stipatur vena portæ ramulis minoribus, id quod considerationе dignum esse censeo, imò existimo vasorum sanguineorum œconomiam & functiones nondum satis nobis esse notas. Noli autem B. Lector credere, me hic figmenta proponere, si me convenire digneris, videbis me vera dicere. Paradoxum quidem videtur, quod dicitur venam portæ pluribus superbire ramulis, quam vena cava, veritati tamen consonum est. Vide Thes. 2. Tab. 4. Fig, 1, 3, 4.

Ex hac hypothesi plures quidem speculationes proferre possem, quas hic tamen non movebo, brevitati enim studeo, ut ar te obitum, si Deo Ter opt. max. placuerit, omnes Thesauros describere possem.

2. Cum impossibile mihi fuerit, majores ramos venæ cavæ & portæ propriis suis locis detinere, cum in liquore detineantur; hinc factum, ut venæ cavæ trunci & rami à portæ ra-

deren, nogh ook in langhte komen toe te nemen, 't welk van de gemeene behandelinghe niet en kan geseght worden.

Aanmerkt ten eersten, dat de Poort-ader veel meer kleene takjens heeft, als wel de hol-ader, want des Poorts-aders takjens leggen stik dight op den anderen, en zulks meene ick considerabel te zijn, ja myn vertrouwen is, dat ons tot nogh toe de huyshoudinge, en 't ware gebruyk der bloetvaten niet ten volle bekent is. Meent ondertusschen niet waarde Leser, dat ick hier eenigh onwaarheyt ter nederstelle; soo 't u behaaght, en my te besoeken zult verwaardigen, als dan zultge zien, dat sulks waar en waaraghtigh is. 't Schynt wel een wonderlijk seggen, dat de Poort-ader meer takjens heeft als de Hol ader; eghter soo ist met de waarheyt over een komende. Ziet de 2 Plaat van dit 2 Cab. Fig. 1,3,4.

Uyt dese stellingh konde ick wel veele speculatien voortbrengen, die ick hier niet en sal aanroeren, aangesien ick voorgenomen heb in dit werk kort te zijn, om dat ick voor myn Dood, soo 't God behaaght, alle myne Cabinetten voorgenomen heb te beschryven.

Ten tweden. Nadien het my niet mogelijk is geweest, de stronken van de Hol- en Poort-ader in haar natuurlijke plaatsen te houden, na diense in een voght hangen; hier door is het gekomen, dat de stronken van de Hol-ader, als mede des selfs

ramis recesserint, & sic vena cava hujus Phialæ fundo proxima facta sit.

N°. II. Phiala, liquore referta, duo continet objecta, quorum primum & superius, à capillo dependens, oculus est humanus, omnibus musculis privatus, aurâque repletus, ut vera ejus forma rotunda appareat.

Quod nervus opticus duobus involucris sit præditus, hic constat,

Alterum objectum sunt duæ palpebræ humanæ cum notabili portione cutis faciei.

In limbo utriusque palpebræ evidenter hic apparet non solum utrumque punctum lachrymale, verum etiam oscula ductuum, humori transitum præbentia.

N°. III. Oculus humanus liquori innatans, cujus musculi sunt separati, reservatis nervis.

N°. IV. Stomachus humanus ita inversus, ut superficies interior jam sit facta exterior. In eo non solum innumeri occurrunt pori visibiles, quemadmodum hic delineandos curavi Tab. 5. Fig, 2. verum etiam antequam stomachus in os inferius exeat, alia Phænomena mihi

selfs takken afgeweken zijn, van de takken van de Poort-ader; en alsoo is de Hol-ader 't naast aan de grond van de Vles geraakt.

N°. II. Een Vles met voght, en daar in twee voorwerpen, waar van 't eerste en opperste het Oogh van een Mensch is, hangende aan een hayrtje, 't selve van alle sijne spieren ontbloot zijnde, is vervult met wint, om alsoo desselfs ronde forme te zien.

In dit Voorwerp blykt het, dat de gesight-zenuwen met twee bekleetsels is omvangen.

Het twede Voorwerp sijn twee Ooghscheelen van een Mensch, met een goede portie van 't vel van 't voorhooft.

In de rand van beyde dese Ooghschellen kan men hier klaar zien, niet alleen de twee traanstippen, maar ook selfs de mondekens der canaaltjens, die een doorgangh verleenen aan sekere voghtigheyt.

N°. III. Een Menschen Oogh, hangende in een voght, wiens musculen gescheyden, ende de zenuwen bewaart zijn.

N°. IV. Een omgekeerde Maag van een Mensch, waar door de binnenste oppervlakte van buyten, werd gesien. In deselve en komen ons niet alleen ontallijke sweetgaatjens te vooren, gelijck ick deselve hier heb laten af tekenen, in de vyfde Plaat, fig. 2. maar my zijn in deselve eenighe andere verschynselen boven den uytgangh van

mihi patefacta sunt, sc: innumeræ & minutissimæ cellulosæ inter-capedines quadrangulares, diversæ magnitudinis, quæ analogiam habent cum istis, quæ reperiuntur in stomacho vitulino, & quidem ea parte, quæ Belgice audit **de Kraag**, sunt tamen longe majores, quam in stomacho humano. Vide Expl. Tab. V. fig. 4. & *.

Dixerit forsan aliquis, cui usui hæ sunt destinatæ? Resp. quamdiu nobis vera partium constitutio latet, tam diu quoque perverse judicabimus de earum usu vero. Ego autem totus in eo sum, & omnes nervos intendo, ut quantum in me est, veram constitutionem perscruter, exspectans ut alii, circa usum idem sint facturi, difficile enim mihi jam utrique incumbere.

Quomodo sese etiam habeant stomachi plicæ interiores, hic quoque videre est.

In eadem Phiala conspicitur quoque exigua portio stomachi ovini fœtus, in qua dictæ quadrangulares intercapedines cellulosæ visuntur.

N°. V. Phiala, in qua continetur brachium infantis, cujus

van de maag voorgekomen, namentlijk ontallijke en seer kleene vierkante celluleuse tusschenscheytselen, van verscheyde groote, hebbende eenig over een komen met die, dewelke in de Magen der Schapen gevonden werden, en wel in dat deel, 't welk in onse tale de kraag geheten is. Edog zijn dese seer veel grooter in de Mage der Schapen, als wel die der Menschen. Ziet de 5 Plaat fi. 4. en *.

Hier sal my mogelijk iemand willen vragen, wat voor een gebruyk dese geseyde celluleuse tusschenscheytselen hebben? Waar op tot antwoord dient, soo langh als ons de ware gestelt heyt der deelen onbekent is, soo en sullen wy over 't ware gebruyk niet reght kunnen oordeelen. My aangaande, geheel en al geve ick my voor tegenwoordigh over, om, so veel my mogelijk is, de ware geschapenheyt der deelen te ondersoeken, met verwaghtinghe dat andere, 't selve sullen doen ontrent het gebruyk, aangesien 't my nu moeylijk soude zijn, 't beyde gader iwaar te nemen.

Ook kan men hier zien hoe de inwendighe vouwen van de Maag gestelt zijn.

In 't selve Glas doet sigh ook op een kleen stukje van een onvoldrage Schape Maag, waar in de geseyde vierkante celluleuse tusschenscheytsels werden gesien.

N°. V. Een Vles, waar in onthouden word het Armtje van een Kintje, wiens handje een om ge keerd-

jus manus comprehendit vesicam humanam inversam.

Not. 1. Brachium & manus vivido colore prædita sunt, cutis absque rugis præter naturalibus: Vesica autem desumpta est è corpore defuncti, calculo laborantis, unde Vesica admodum incrassata.

2. Vesica dicta ita inversa ut superficies interior jam sit facta exterior, ut videri possent ramosæ excrescentiæ præternaturales tunicæ interioris Vesicæ, quæ aliquando occurrunt, & in hoc objecto considerabiles sunt, uti Tab. VI. Fig. 1. in hoc Thesauro 2. denotat.

In aliis objectis non rarò longiores quoque reperiuntur. Inter hasce ramosas excrescentias, à calculi attritione productas, calculi aliquando latitant, quemadmodum Pili lusorii, nuces, &c. inter plantas gramineas; hinc non rarò contingit, in calculi extractione, ut lithotomus non solum calculum, verum etiam dictas ramosas excrescentias forcipe arripiat, unde lethalia symptomata sæpe suboriuntur; & hoc demum est, quod calculus dicitur adhæsisse Vesicæ; cum

keerde blaas van een Mensch vast houd.

Aanmerkt ten eersten. Den Arm en hand hebben een natuurlijke couleur, in het vel, en werden geen rimpelen nogh onnatuurlijke vouwen gevonden; en is dese blaas uyt een dood Mensche gesneden, dewelke met de steen gequelt was, waar door dese blaas seer verdikt was geworden.

Ten tweden. Dese Blaas is soodanigh omgekeerd, dat de binnenste oppervlakte, hier nu is geworden de buytenste, ten eynde dat men die tegen natuurlijke takkige uytgroeisels soude komen te zien, dewelke somtyds gevonden worden by luyden, die de steen hebben; en sijn dese hier considerabel groot. Gelijk de eerste Fig. van de 6 Plaat, van dit twede Cabinet komt te vertonen.

In andere Voorwerpen werden deselve somtyds ook wel grooter gevonden. Tusschen dese takkighe uytgroeisels, door het vryven van de steen voortkomende, verbergen haar somtyds de steenen; even alleens, gelijk men ziet dat de kaatsballen, noten, en andere zaken, haar komen te verbergen in grassighe gewassen; hier door soo gebeurt het somtyds, dat in 't afhalen van de Steen, den Steensnyder niet alleen de Steen, maar selfs de takkige uytgroeisels met de tanghe komt te vatten, waar door dikwils doodelijke toevallen komen veroorsaakt te worden, en dat ist eygent-

cum post extractionem calculi, aliquid carnosi reperiatur in forcipis cavitate. Rarissime enim, si unquam, calculus connascitur Vesicæ. Interim quoque vix est ut credam, calculum post fata olim fuisse inventum (uti nonnulli perhibent) inter Tunicas Vesicæ, nisi à prægressa ulceratione, aut læsione Vesicæ, aut ureterum prope Vesicam.

3. Crassities hujus Vesicæ excedit minimi digiti humani crassitiem.

4. Ornamentum fimbriaceum, quo ornatur dictum brachium, inservit primò, ut brachii vulnus ab amputatione productum, tegatur, 2°. ut visui gratiam conciliet.

N°. VI. Fœtus septimestris, aut inter sextum & septimum mensem natus, hydrocephalus, cujus caput mole superat truncum & artus; huic quoque adstant quinque Phialæ inaudi-tum quid continentes: ita ut historiam breviter recensere mihi animus sit. Honesta quædam matrona, adhuc superstes, & Amstelodami pancraticè vivens,

gentlijk, 't geen men seyt, van 't aangroeijen van de Steen aan de Blaas, wanneer na het afhalen iet vlesighs of vliesighs in 't hol van de tangh blyft zitten. Want soo oyt een Steen is komen vast te groeijen aan de Blaas, soo ist seer raar. Ondertusschen kan ick ook nauwlijks geloven, dat oyt een Steen gevonden is geworden tusschen de vliesen van de Blaas (gelijk sommige voorgeven) ten zy dat deselve, of wel de Pislyders, daarse haar in de Blaas inplanten, voor heen gequest of versworen sijn geweest.

Ten derden soo is dese Blaas soo dik, datse de pink van een Mensche in dikte komt te overtreffen.

Ten vierden. De ornamenten van 't Catoen, en Franje, waar mede den Arm verciert is, sijn daar toe strekkende: Ten eersten soo werd hier door de wonde gedekt, de welke door 't affetten des arms veroorsaakt is; ten twede soo geeft sulks een cieraat aan 't onderwerp selfs.

N°. VI. Een waterhoofdig Kindje van ses maanden, of tusschen de sesde en sevende maand gebooren, wiens hoofje in groote het geheele verdere gedeelte van 't lighaamtje komt te overtreffen; en staan nevens 't selve nogh vyf vlessen, onthoudende in haar soodanighe zaken, die ongehoort zijn: Weshalven ick van meninghe ben het verhaal, so kortals mogelijk is, hier te doen. Een seekere eerbare Vrouw, die nogh in volkome ge-

vens, ante aliquot annos in partu versabatur, mulieres adstantes me vocari jusserunt, quandoquidem ex voto partus haud succedebat; verum ante meum adventum pepererat dictum hydrocephalum: obstetrix autem, placenta extracta, percipiebat uterum adhuc onustum, extraxitque, me præsente iteratis vicibus massam quandam hæterogeneam, quinis in Phialis à me conservatam, fibrosam, cellulosam, mollem, duram, imo spongiosam, è qua sequentia emergunt.

sontheyt tot Amsterdam woont, voor eenighe jaren swanger zynde, raakte in den arbeyt, de byzynde Vrouwen deden my roepén, nadien 't werk niet naer wensch gingh; edogh eer dat ick daer quam, soo was 't geseyde waterhooftdige Kintje al geboren; na dat de Vroetvrouw de nageboorte had gekregen, soo vernamse de baermoeder nogh beset te zyn, en haelde in myn bywesen uit deselve, op verscheyde reysen, een bysondere vreemde stoffe, dewelke in 5 verscheyde vlessen van my nogh bewaart word; en is deselve stoffe fibreus of dradigh, saght, celluleus, holligh en bolligh, op sommighe plaatsen hard, ook sponcieus, waar uit dese volgende zaken komen uyt te steeken.

Phiala I. N°. VII. notata continet portionem notabilem supradictæ substantiæ hæterogeneæ, è qua emergir integrum crus cum extremo pede fœtus duorum triumve mensium, sine corpore visibili, circa cruris exortum ex dicta substantia alter pes eruptus cernitur, sine visibili crure; si parumper invertatur Phiala, ibi denuo conspiciuntur in dicta substantia fœtus ejusdem fere ætatis cubitus & radius, à quibus caro, eo tempore admodum mollis & friabilis recessit, ab inordinata &

Het eerste glas, getekent N°. VII. onthoud in sigh een groot gedeelte van de boven gemelde vreemde stoffe, waar uyt een beentje en voetje voortkomt, van een schepseltje, van twee à drie maanden draghts, sonder sightbaar lighaamtje; nevens dit geseyde beentje komt ons nogh een ander scheenloos voetje te voorschyn, en dat uyt deselve stoffe. Indien men dese vles een weynigh ommedrayt, soo vernemen wy daar wederom in deselve stoffe, de groote en kleene elleboogs pypen van een schepselken by na vander selve ouderdom, hier van is het vlees afgegaan, wegens de tederheyt, en 't

& rudiori tractatione, antequam mihi tradere volebant consanguinei.

Sub dicto pede, unus emergit digitus absque visibili manu; huncce locum aculeo notavi, ut citius in conspectum veniret. E regione dictorum reperiuntur duo pedes extremi sine tibiis aut femoribus; cætera autem adeo sunt confusa, ut nil certi determinari possit. Vid. Tab. 3. Fig. 3. Thes. 2.

In secunda Phiala N°. VIII. notata, cernitur quoque magna portio dictæ substantiæ hæterogeneæ, in cujus fastigio os fæmoris carne & periostio orbatum, situm transversum occupat, genu autem cartilagineum spinâ indigitavi; sub dicto genu alterum quoque cernitur genu, sub quo unicus tantum digitus pedis exeritur; quinimô sub hisce omnibus varia membra sc. pedes, manusque, plus minusve perfecta, visui occurrunt. Vid. Tab. 3. Fig. 1. Thes. 2.

In Phiala Tertia N°. IX. Major moles dictæ substantiæ conservatur, in ea sequentia lustrare licet.

Ex infima hujus substantiæ parte exeruntur duo crura malè

rou behandelen, eer my de vrinden 't selve ter hand wilden stellen.

Onder de geseyde voet komter een vinger of toon te voorschyn, sonder merkelyke hand. Op dese plaats heb ick een doorntje gestoken, op dat het ons te veerdiger in 't gesighte soude komen.

Reght tegen over het geseyden werden twee voetjens gevonden sonder datmen schenen, of dyen zien kan; het verder is confus en verwart, datter niet sekers van te seggen is. Ziet de 3 plaat fig. 3. van dit 2. Cabinet.

In de 2 Vles, geteekent N°. VIII. werd ook gesien een groot gedeelte van de bovengemelde vreemde stoffe, in wiens opperste gesien word een dy-beentje, 't welk vleesloos, ja ook been-vlies-loos is, 't selve leyt overdwers; de knie hier van, kraakbenigh synde, heb ick ook met een doorntje aangewesen. Onder dese geseyde knie, ziet men nogh een tweede knie, en onder dese knie komt een eenighe toon te voorschyn; als mede soo vertoonen haar onder 't geseyde verscheyde ledematen, als voetjens en handtjes, waar van d'eene meer, d'ander min volmaaktheyt heeft. Ziet de 3 plaat, fig. 1. van dit 2 Cab.

In de derde Vles geteekent N°. IX. werd een groter deel van de geseyde stoffe geconserveert; in deselve kan men dese volgende zaken beschouwen.

Uyt het onderste gedeelte van dese substantie komen twee qualijk

sè conformata, quibus associatur quoque brachium, eodem loco emersum. In hisce membris Tibiæ maxime sunt incurvatæ.

Dicta membra oriuntur ex particula rotunda dictæ substantiæ, abdomini exiguo analoga, in suo medio instructa particula propendente, loco penis.

Phiala nonnihil inversa, in conspectum venit pes sine visibili tibia, Vid. Tab. 3. Fig. 2.

Phiala quarta N°. X. portionem insignem supradictæ substantiæ retinet, è cujus fundo clunis oritur cum integro crure, sc. Femore, Tibia, & pede extremo, per horum superficiem repunt tendines musculorum visibiles, substantia carnosa abolitâ.

Dictus pes videtur exarticulatus, inferiores enim epiphyses ossis Tibiæ & femoris proprium non occupant locum. An à mala conformatione in utero prognata, an secus, affirmare nequeo.

Supra dictum clunem, situ transverso, reperitur alterum os tibiæ, cum annexo ossesuræ, quæ musculosa substantia orbata, nuda cernuntur.

Su-

lijk gemaakte beentjens, als mede een armtje te voorschyn, hier onder sy de scheentjens byster krom.

Dese geseyde ledematen komen voort uyt een rond gedeelte van de geseyde stoffe, dewelke een buykje verbeeldende, in 't midden versien is van een uythanghselken, 't welk een roedeken representeert.

Dese geseyde Vles wat omgedrayt zynde, vertoont sigh aldaar een voetje sonder merkelyke scheentje. Ziet de 3 plaat, fig. 2.

De vierde Vles geteekent N°. X. onthoud in sigh een groot gedeelte van de geseyde stoffe, uyt wiens onderste een bil voortkomt met een geheel been, dat is, dye, scheen, en voet, langs deselve lopen de peeskens van de spiertjens sightbaarlyk, alsoo het vleesigh wesen te niete gedaan is.

Dit geseyde voetje schynt uyt leet te zijn, nadien de onderste aanwassen van 't scheen en dy been uyt haare natuurlyke plaatsen geweken zyn. Of nu dese quade gesteltenisse in de baarmoeder voortgekomen is, of niet, zulkx en kan ick niet voor seker zeggen.

Boven dese gemelde bil vint men een twede overdwersleggend scheenbeentjen, als mede het kuytbeentje, dewelke van haar vlees ontbloot zynde, ons bloot voorkomen.

Bo-

Supra dicta ossa emergit quoque ex præfata mole pes extremus, qui nullum commercium habere videtur cum mox citatis ossibus.

Phiala dicta non nihil inversa videnda sese exhibent rudimenta duarum manuum, quarum singulæ ditantur tribus digitis minus perfecti unguiculis, quamvis instructis. vid. Tab. 3. Fig. 5.

In Phiala quinta, N°. XI. notata, continetur portio ejusdem substantiæ, in qua nulli artus visibiles reperiuntur perfecti.

Not. Quoque sunt sequentia. 1. Quod omnia supra citata membra videantur esse trium fere septimanarum.

2. Nusquam videri potest caput perfectum, quamvis corpuscula intermixta reperiantur rotunda, capitula mentientia.

3. Ossa supra memorata, jamjam in lucem edita, erant carne molli investita, rudiores autem manus fricando annihilarunt carnem variis locis, antequam mihi traderentur.

4. Quod hic latus campus nobis occurrat differendi, verum

Boven de gemelde beenderkens komt ook te voorschyn, uyt de meer verhaalde vreemde stoffe, een voetje, 't welke geen gemeenschap schynt te hebben, met de aanstonts vermelde beenderkens.

Dese Vles een weynigh omgedrayt zynde, vertoonen haar de beginselen van twee hantjens, waar van yder voorsien is van 3 niet wel volmaakte vingerkens, hoewelse met nageltjens beset zyn. Ziet de 3. plaat, fig. 5. Cabinet 2.

In de vyfde Vles geteekent N°. XI. is mede een gedeelte van deselve stoffe, in deselve en vint men geen volmaakte sightbaare ledematen.

Hier staan ook dese volgende zaken aan te merken. Ten eersten, dat alle de bovengemelde ledematen schynen te zyn van soodanighe schepselkens, die ontrent 3 maanden syn gedragen.

Ten tweden. Datmen nergens een volmaakt hooftje kan zien, hoewel datter ook ronde onvolmaakte lighaamtjens onder vermenght zyn, dewelke na hooftjens gelijken.

Ten derden de bovengemelde beenderkens waren alle met vlees omvangen, soo dra alse ter werelt quamen, edogh door het onsaght handelen isser op veele plaatsen 't vlees af gegaan, eer my dese zaken ter hand gestelt wierden.

Ten vierden. Dat ons hier een ruym velt open staat, om over dese

rum illud extra ſcopum meum hoc eſſet, qui, ut ſupradictum, brevitati ſtudeo. Hoc tantum in medium profero, me in ea eſſe opinione, quod eo temporis puncto, quo fuit facta gravida honeſta illa matrona, plura ovula fuerunt ſimul tacta, aut fœcundata: unde confuſio eorum ſubſecuta eſt, cum per ductum ovarium ſimul uterum intrarunt.

5. Not. Quoque, ſtante primo matrimonio ſeſe nunquam utero geſſiſſe, & quod primus fuerit partus, de quo feci ſermonem, ſtante hoc ſecundo matrimonio, in quo plures poſtea peperit liberos ſanos.

Nº. XII. Phiala, in qua Arteria ſplenica Vitulina, ceracea materia rub. repleta, cujus ramuli in faſciculos exeunt, ſuccoſos & ſolubiles.

Not. Faſciculos craſſiores eſſe in liene vitulino, quam in humano, & per conſequens conſpectiores; præterea, quia Lien vitulinus deſtituitur ramificationibus venoſis, ea propter faſciculi dicti luculentius in conſpectum veniunt. In homine verò ramuli venoſi vix omnes repleri poſſunt, unde fibroſi quid præ ſe ferunt, viſumque ſæpe decipiunt.

ſe zaken te raiſonneren, maar zulks zoude buyten myn ooghwit gaan, nadien ick voorgenomen hebbe, kort te zyn. Dit alleen zal ick ſeggen, namelijk dat ick van gevoelen ben, dat op die punt des tyts, als deſe Juffrouw ſwanger wierd, verſcheyde eyerkens te gelijk aangeraakt, of vrughtbaar geworden ſynde, onder een ſyn verwart geworden, als 't ſamen aghter den anderen in de holte van de Baarmoeder ſyn gekomen.

Ten vyfden. Soo ſtaat ook aen te merken, dat ſy ſtaande haar eerſte Huwelijk, noyt gekindert heeft, als mede dat dit de eerſte reyſe was, datſe quam te bevallen van haar twede Huwelyk, waar na datſe ook nogh verſcheyde kinderen gebaart heeft, die geſont en welgeſtelt waren.

Nº. XII. Een Vlesje met de ſlaghader van een Kalfs milt, deſelve is met een rootwaſſighe ſtofſe opgevult, wiens takjens in ſappighe en ſmeltbare bundeltjens termineren.

Aanmerkt dat deſe bundelkens dikker zyn in een Kalfs milt, als wel in die van een menſch, en bygevolgh ſynſe ook in deſelve ſightbaarder; daar en boven komen ſy ons ook klaarder voor in een milt van een Kalf, om dat de ader takloos is: maar in een menſch kan men alle des aders takjens niet ſoo wel opvullen, waar door ons de milt dradigh voorkomt, en 't geſight meermaalen bedriegt.

No. XIII. Lien humanus liquori limpido quoque immersus, ut omnia distinctius videri possint.

Not. 1. Simulac arteriam splenicam ceracea materia rubra infarciebam, plurimæ quoque venulæ replebantur, id quod sæpissime, si non semper, contingit; unde factum, quod plurimæ venulæ rubicundæ, aliæ autem griseo colore sunt præditæ; hoc si quis non rectè animadvertat, facile perverse judicaret, venosum genus, fibrosum esse, cum contra Lien humanus fibris sit destitutus, quantumvis vitulinus iis stipatus. Vid. Resp. in Epist. Problem. 4.

2. Lienem humanum interne prorsus esse destitutum glandulis, & cellulis à nonnullis authoribus descriptis, & depictis.

3. Inter dictæ arteriæ extremitates, variæ hic sunt, quibus extremum succosum adhuc cohæret.

N°. XIV. Phiala, in qua pueri stomachus, cum annexa gula

N°. XIII. De milt van een mensch, leggende in een helder voght, ten eynde men alles te klaarder souden kunnen zien.

Aanmerkt ten eersten. Dat soo dra als ick dese milt met een roodwassighe stoffe vervulde, soo wierden ook te gelijk seer veele aderkens vervult, 't welk indien het niet altoos en geschiet, soo gebeurt het eghter seer dikwils, waar door ons dan hier seer veel aderkens root voorkomen, de ander in tegendeel zyn grauw van couleur gebleven: indien iemand sulks niet wel en observeert, soo soude hy light een verkeert oordeel komen te vellen, en sustineren, dat het aderighe wesen, fibreuse deeltjens waren, hoewel men in tegendeel bespeurt, dat de milt van een mensch geen fibren of draykens en heeft, hoewel die der Kalveren daer van vervult is. Ziet het antwoord na op de 4 voorgestelde brief.

Ten tweden. Soo staat aen te merken, dat de milt van een mensche van binnen gants geen kliertjens en heeft, nogh ook eenighen cellekens, hoewel eenige Auteuren deselve beschreven, en ook afgebeelt hebben.

3. Onder deser slaghaderen uyteynden zijnder verscheyde, aan de welke de sapryke uyteynden nogh vast zitten.

No. XIV. Een Vlesje met voght, waer in onthouden word een Jongens

gula & omenti pariete anteriore, à fundo stomachi dependente.

Not. 1. Huncce stomachum naturali, & vivido colore, non solum esse præditum, verum etiam naturalem reservasse formam, & magnitudinem.

2. Omnes arteriæ, per stomachi superficiem exteriorem disseminatæ, visui occurrunt, quæ autem fundum perambulant, max. parte subitò quasi finire, & detruncari videntur, cum contra interiora petentes, potiores ramificationes suas distribuunt per Tunicam nerveam, unde longe pluribus superbit ramulis sanguifluis, nervea Tunica, quam carnea, aut communis, vel etiam villosa; id quod notatu dignum esse censeo: imò judicandum videtur, arteriarum extremitates in hac tunica aliquid peragere, quod in cæteris tunicis stomachi non fit: Tanta enim sanguinis copiâ, quanta hic loci reperitur, non indiget dicta nervea tunica, ad sui nutritionem, aut calefactionem. Ego existimo in istis extremitatibus arteriosis ex contento elaborari, & segregari humorem serosum, quo intestina humectantur; & sic

gens maagh, met des selfs slokdarm, als mede het voorste gedeelte van 't Net, 't welk van den bodem des maaghs afhangt.

Aanmerkt ten eersten. Dat dese maag niet alleen syn natuurlijke en levendige couleur, maar ook syn forme en groote behouden heeft.

Ten tweden. Soo komen ons in deselve voor de slaghaders, dewelke langhs de buytenste oppervlakte loopen, maar die gene, dewelke haar ontrent de grond vertoonen, schynen haastigh te eyndigen, en als afgesneden te worden, daarse in tegendeel na binnen lopende, haar voornaamste takken door het zenuwaghtighe vlies verspreyden, waar door het selve veel ryker van bloetvatjens is, als wel het vlesige, of gemeene, of ook wel het fluwele Vlies, 't geen aanmerkens weerdigh is; ja daar uyt soude men mogen oordeelen, dat de uyt eynden der slaghaderen in dit vlies iets uytwerken, 't geen in de andere vliesen van de maagh niet en werd volbraght: want soo groot een quantiteyt bloets, als wel hier ter plaatse werd gevonden, en heeft dit zenuwaghtighe vlies niet van noden tot dessels verwarminge, nogh tot hare voedinghe. Myn vertrouwen is, dat uyt de voghten, die in de slaghaders van dit geseyde vlies onthouden worden, een sereuse voghtigheyt gemaakt en gescheyden word, waar door het gedarmte, bevoghtight word, en alsoo schryf ick

ſic attribuo dictis extremitatibus arterioſis, quod alii peculiaribus corpuſculis rotundis, quæ glandulæ audiunt, attribuerunt: quæ ita dictæ glandulæ, mihi nil aliud ſunt, quam dictæ Vaſculorum ſang: extremitates ſuccoſæ, quaſi in globulos oblongo-rotundos, imò rotundos, & in faſciculos congeſtæ.

Ratio, quare hoc ſuſtinere cepi, ſequens eſt. Cum ceraceâ materiâ rubrâ replerem arterias meſentericas, dicta materia propellebatur ulterius per ita dictas glandulas in inteſtinorum cavitatem, & hoc ſæpiſſime mihi contingit. Præterea inteſtinum duodenum inverſum, cujus arteriolæ erant repletæ, indidi liquori, poſt macerationem in Aq. ſimplici, reperi ita dictas glandulas miliares inteſtini duodeni penicillorum modo eſſe diſpoſitas. De hoc objecto fuſius in ſubſequentibus Theſaurorum deſcriptionibus.

3. Not: Æſophagum hujus ſtomachi ita eſſe præparatum, ut fibræ muſculoſæ & longitudinales, quarum ope æſophagus, ubi neceſſe eſt, abbreviatur, hic luculenter conſpici poſſint. 4.

ik dit toe aen de uyteynden der geſeyde ſlaghaders, 't geen andere toegeeygent hebben aen ſekere byſondere ruwe lighaamtjens, die ſy kliertjens noemen, by my niet anders zynde als die geſeyde ſappige uyteynden der bloetvatjens, dewelke als ronde, en ook rond en langhe bundelwyſe bollekens haar vertonen.

De reden, waarom ick ſulks heb begonnen te ſuſtineren is deſe, wanneer ick de ſlaghaderen van 't darm-ſcheyl quam op te vullen met rood-waſſighe ſtoffe, ſoo wierd deſelve verders voortgedreven tot in de holte van 't gedarmte, en dat door deſe alſoo genoemde kliertjens, en zulks wedervaart my ſeer dikwils. Daarenboven ſoo heb ick den 12-vingeren darm wiens bloetvatjens opgevult waren, omgekeert en in een voght gehangen, na dat ikſe in ſchoon water te weke geſtelt had, en alſoo bevond ick, dat de alſoo genoemde geerſtwyſe kliertjens van den 12-vingerigen darm penceels wyſe geſtelt waren. Edogh hier van breder in de beſchryvinghe der volgende Cabinetten.

Ten derden. Soo ſtaat hier te conſidereren, dat de ſlokdarm van deſe maagh alſoo toebereyt is, dat de muſculaire draden, die na de lenghte loopen, en waar door de ſlok-darm wert verkort, wanneer ſulks nodig is, hier ſeer klaar te zien ſyn. Ten

4. Quomodo nervi, per stomachum distributi, ad latera æsophagi descendunt, hic ab uno latere videri potest.

5. Omentum myriadibus arteriolarum scatere hic constat; ad extremum enim usque repletæ sunt ceracea materiâ rubrâ. Quia autem hoc à nemine hactenus ita vidi ære expressum, operæ pretium esse duxi, hisce Tabulis inserere. Vid. Tab. 5. Fig. 1. Thes. 2.

6. Omentum in statu sano nullis foraminibus esse pertusum, (quamvis contrarium velint, & in figuris suis expresserint nonnulli) liquido hic constat, in dicto, & cæteris à me conservatis omentis. Monendum tamen, si suspensa manu haud tractetur omentum, facillime foraminosum fieri.

N°. XV. Puerorum renes, in liquore limpido conservati, quorum supremus à capillo dependens, naturali colore rubicundo perfusus, ex parte separatus est, à prima & extima tunica, adiposa dicta, ut superficies inæqualis in conspectum veniret.

Hæc inæqualitas superficiei in

Ten 4. Op wat wyse, dat de zenuwen, die door de maagh passeren, langs de zyden van den slok-darm lopen, kanmen hier aan eene zy sien.

Ten vyfden, soo blykt het hier, dat het Net versien is met duysende van slaghaderkens, door dien deselve tot haar uyterste vervult zijn, met een roodwassighe stoffe En nadien ick tot nogh toe niemand gevonden hebbe, die het selve dusdanigh in figuren heeft doen verbeelden; soo doght het my de moeyten waardigh te zijn, 't selve in dese myne Plaaten in te voegen. Ziet de vyfde Plaat, Fig. 1. Thes. 2.

Ten sesden. Soo blijkt het hier klaar, dat het Net in een welgestelt mensche met geen gaten doorboort is, niet tegenstaande dat sommighe Autheuren 't selve ter contrarie met gaten beschreven, en in figuren verbeelt hebben. Eghter soo dientmen aghtinghe te geven, dat, ten sy men 't selve seer omsightigh komt te behandelen, 't seer light gaten in sigh kryght.

No. XV. Nieren van kinderen in een helder voght geconserveert zynde; waar van de bovenste aan een hayrtje hangende, natuurlijker wyse, rood van couleur is; deselve is ten deele gescheyden, van 't buytenste en smeer vlies, ten eynde men die ongelijke oppervlakte zoude komen te zien. Dese ongelijkheyt of oneffenheyt is soo considerabel in die ouderdom, dat de Nie-

in ea ætate considerabilis est, ut puerorum & fœtuum renes videantur glandulæ conglomeratæ, id quod tamen locum habere non constat.

Dicta membrana adiposa innumeras particulas adiposas sibi habet connexas, forma planas, rotundas oblongo-rotundas, imo & angulares; & hoc distinctius videri potest in fœtu, quam in ætate provectiori. Prædictæ particulæ adiposæ, sunt proprie cellulæ adiposæ, Malpichio dictæ, circa quas notandum, quamvis dicantur adiposæ cellulæ, & revera adiposæ sint in vaccis, & ovibus, de homine tamen minus proprie dici, quandoquidem nullus adeps in toto corpore humano reperitur, & per consequens inepta divisio, quam authores faciunt, scilicet in pinguedinem, proprie dictam, & adipem. Nam quod dicitur adeps circa renes, omentum, cor & mesenterium dictorum animalium, illud vera pinguedo est in corpore humano, propterea quod in homine non solum vivo, verum etiam in cadavere recenti, admodum mollis existit, idque haud solum sub cute, verum etiam circa cor & cæteras dictas partes, à calore digi-

Nieren van jonghe Kinderen, haar verbeelden t' samengestelde klieren te zijn, 't welk noghtans soo niet en is.

Dit geseyde Smeervlies, is beset met ontallijke platte, ronde, rond- en langhe, ja ook hoekighe smeer-deeltjens; en dit kan men klaarder zien in pas gebore Kinderkens, als in bejaarde Persoonen.

N°. XXV. Ossiculum Incus cum annexo Ossiculo quarto & rotundo; illa sunt conservata in liquore, ut distinctius appareat, dictum quartum ossiculum, peculiare esse ossiculum, inter stapedem & incudem situm, quibus ossiculis membranularum ope connectitur.

In Ossibus exsiccatis hæc & innumera alia non possunt luculenter demonstrari, & hæc est ratio, quod tanto labore & sumptu, susceperim à multis annis objecta millena in liquore conservare.

N°. XXVI. Auricula hominis adulti, in liquore reservata, vitæ speciem referens.

N°. XXVII. Phiala continens intestinula fœtus immaturi; horum vascula per intestina dispersa, variis locis sunt repleta.

N°. XXIV. Een vlesje met voght, in zigh onthoudende het Trommel-vliesje van een Mensch, waar aan het hamertje nog vast zit.

Aanmerkt: dat door dit geseyde vliesje veel ronde lighaamtjens zyn verspreyt, dewelke kleene kliertjens verbeelden te zyn, maar ik houde deselve voor verstopte bloet vaatjens, gelyk men zulks in andere deelen des lighaams ook veeltyds ziet.

N°. XXV. Het Aanbeeltje, met het aangehegte vierde en ronde beentje van 't gehoor, dese zyn in een vogt bewaart, ten eynde men bequamelijk zoude konnen zien, dat het geseide vierde beentje, een byzonder beentje is, zittende tusschen het Aanbeeltje en het Stegel-reepje, waar aan het door vliesjens is gehegt.

Dese en ontelbaare andere zaaken konnen zoo distinct niet gesien worden, in gedroogde beenderkens: en dit is de reden dat ik met zoo veel moeyte en onkosten, duysende van voorwerpen in een vogt kom te bewaren.

N°. XXVI. Het Oor van een bejaart Mensch, 't welk in een vogt bewaart zynde, nu nogh schynt te leven.

N°. XXVII. Een vlesje waar in te zien zyn het gedarmte van een onvoldrage Vrugtje, dese haare bloet-vatjens, door 't gedarmte loopende, zyn op verschey-

pleta ad ultimas usque extremitates.

N. XXVIII. Fœtus nuper nati Os squammosum, cum annexis Membrana Tympani & involucro extimo, de quo in præcedentibus Thesaur. mentionem feci.

Not. 1°. Involucrum extimum à Tympani Membrana hic esse separatum, excepto uno loco, ubi adhuc cohæret.

2°. Ab hoc involucro, ope capilli, dependet totum objectum.

N°. XXIX. Placentula superstes per aliquot tempus in utero, post Embryonis exclusionem vel liquefactionem, unde temporis successu ita est compressa & indurata, ut *molæ* speciem referat; sicuti & olim pro *mola* habita fuit, ast perperam.

N°. XXX. Fœtus recens nati Vesica urinaria, in liquore conservata, & aperta. Hujus facies interior, hic facta est exterior, ut interiora pateant: parte superiore, munita est spina, quæ indigitare videtur foramen, quod in fundo Vesicæ fœtuum, ut plurimum, si non sem-

de plaatze zoodanigh vervult, dat selfs de uyterste uyteynde niet ledig zijn gebleven.

N°. XXVIII. Het schub-wyse been van een jongh geboore Kindje, met desselfs Trommel-vliesje, en buytenste bekleetzel, waar van mentie gemaakt heb in de voorvoorgaande beschryvinge myner Cabinetten.

Aanmerkt ten eersten, Dat het geseyde buytenste bekleetsel, by na geheel van my afgescheyden is, van 't Trommel-vliesje, alleen is 't op eene plaats nog daar aan vereenight gebleven.

Ten tweeden, dat dit voorwerp, aan een hayrtje, in dit vlesje afhangt.

N°. XXIX Een nagebleve moerkoekje, 't welk eenighe tyd in de Lyf-moeder is blyven zitten, na dat het Schepzeltje gesmolten of vergaan was, waar door het moerkoekje zoo is geperst, gedrukt en verhard, dat het een alzoo genoemde Zuyger gelyk schynt te zyn, en heeft men voor dese dit ook t'onregt een Suyger geheeten.

N°. XXX. De Blaas van een jongh geboore Kindje, welke opgesnede zynde in een voght bewaard werd: dese haare inwendighe oppervlakte is hier nu omgekeert zynde, de uytwendighe geworden: zoo dat wy nu hier het inwendighe gestel bequamelyk konnen zien. Het bovenste doorntje wyst ons een gat aan, 't welk het

ſemper, reperitur, & urachi oſculum cœcum dici poſſet.

Dico foramen cœcum, quia Veſica inflata aërem non admittit ad peculiarem, ita dictam, membranam Urinariam, nunquam revera in homine demonſtratam, quantumvis in variis figuris ad nauſeam uſque expreſſam. Multoties experimentum feci in fœtu humano, nunquam autem admiſit aërem ultra digiti minimi tranſverſi altitudinem.

No. XXXI. Portio Pinnæ Balenæ, in qua Papillæ cutaneæ luculenter viſuntur.

N°. XXXII. Ovum Gallinaceum fructum Dactyli magnitudine & forma referens.

N°. XXXIII. Pueri inteſtini Jejuni portio, cujus ſuperficies interior, hic facta eſt exterior, ut Juga, Tunica Villoſa, & ita dictæ Glandulæ conſpicerentur.

Not. Hic corpora quædam ro-

het mondeke is van de Urachus, of Pisvat, 't welk in de grond van de Blaas veeler Kinderen zit, zoo langh zy in 's Moeders lighaam gehuysveſt werden.

Dit canaaltje zou men met regt mogen noemen het blinde canaaltje van de Blaas, ik zegge het blinde canaaltje, om dat deſe Waterblaas opgeblaſen zynde, de wind niet door laat tot het alzoo genaamt Water-vlies, het welke in der daad van niemand oyt is aangeweſen in 's Menſchen lighaam, hoewel men het zelve tot walgens toe in verſcheyde Figuren afgebeeld ziet. Ik heb deſe zaak menigmaal onderſogt, maar noyt in jong geboore Kinderen bevonden, dat de wind door de Blaas heen gaat tot zo een pretenſe vlieske; want de wind gingh niet verder als een pink breet hoogh.

N°. XXXI. Een ſtuk van de Vinne van een Walviſch, waar in de Vel-tepeltjes klaar te zien zyn.

N°. XXXII. Een Hoender Ey, verbeelende in groote en gedaante de vrught van een Dadel.

N°. XXXIII. Een ſtuk van een Kinds nughteren Darm, wiens buytenſte oppervlakte door omkeeringhe hier nu is geworden de binnenſte, ten eynde men in dezelve zoude mogen zien alle de latwyze verheventheden, als mede het fluweele Vlies, en de alzoo genoemde Darms-klierkens.

Aanmerkt hier eenighe ronde lig-

rotunda extra ſuperficiem propullulare, capitis aciculæ magnitudine; ſuntque ita dictæ Glandulæ inteſtinorum ſolitariæ.

lighaamtjes uyt de oppervlakte uyt te puylen, van groote, kleene ſpelde hoofdjens gelykende, en dit zyn de alzoo genoemde eenzaame Darms-kliertjens.

N°. XXXIV. Gemina Vena Umbilicalis fœtus Balænæ, quæ mihi allatus eſt ex Groenlandia Anno 1702.

Not. Dictam Venam geminam eſſe non ſolum extra abdominis cavum, id quod in corpore fœtus vitulini familiare, ſed intra cavum abdominis, antequam autem hepar appropinquaret illas una s eſſe, inveni.

N°. XXXIV. Een dubbelde Navel-ader van een jongh Walvisje, 't welk my uyt Groenland is gebraght 1702.

Aanmerkt dat deſe Navel-ader niet alleen dubbelt was buyten den buyk van 't Walvisje, 't welk in Kalveren gemeen is, maar ook was ſy dubbelt binnen in de buyk; edogh eer datſe tot in de Lever gingh, vereenigde ſy haar onderlingh.

N°. XXXV. Phiala in liquore conſervans, utrumque Renem fœtus immaturi quorum ſuperficies admodum inæqualis, unde ex multis glanduloſis corpuſculis videantur conſtituti, & hoc in omni fœtu familiare eſt.

N°. XXXV. Een vlesje met voght, waar in beyde de Nieren van een onvoldraghe Vrught bewaart werden, en is der zelver oppervlakte zeer oneffen, zoo datſe als van klene klieren te zamen geſtelt ſchynen te zyn, en zulkx is gemeen aan zoo tedere ſchepzelkens.

N°. XXXVI. Phiala, in qua reſervatur utraque Oculi Palpebra. In iis luculenter conſpicienda ſeſe exhibent, utrumque foramen Lachrymale nec non oſcula, in Palpebrarum limbis hiantia, per quæ humor promanat, de quo jam nihil dicere conſultum duxi.

Not.

N°. XXXVI. Een vlesje met beyde de Oogh-ſchellen van een kind, in dewelke men klaar zien kan beyde de Traan-ſtippen, alsmede de gapende mondekens der Canaaltjens, waar door eenighe vogt paſſeert, waar van ik tegenwoordig voorgenomen heb, niets te zeggen.

Aan-

Not. Præterea per Palpebræ ſuperficiem internam plurima Papilloſa corpuſcula propullulare, quæ non tam diſtinctè in conſpectum veniſſent, niſi vaſa ſanguinea ceracea materia fuiſſent repleta.

Dicta corpuſcula ſenſum exquiſitiſſimum ſuperficiei interiori palpebrarum exhibent.

N°. XXXVII. Tunica villoſa Inteſtini jejuni hominis, à Nervea in totum ſeparata, & liquori innatans.

Iſthæc autem hic nobis occurrit rubicunda, propter vaſorum repletionem ceraceâ materiâ rubicundâ, unde rubedinem quoque induit: In ſtatu autem naturali cinerei eſt coloris dicta tunica, niſi in corpore vivo inteſtina inflammatione infeſtentur, tunc etiam dicta tunica rubicundiſſima apparet, à nimia ſanguinis ſtagnantis copia; & ſic cogitandum quoque de noſtro objecto: repleveram enim vaſa meſaraica ad extremum uſque, ceraceâ materiâ rubrâ, unde integra inteſtina ſummâ rubedine erant perfuſa, & per conſequens Tunica villoſa.

N°. XXXVIII. Phiala in liquore conſervans Coſtam fœtus, â liquore acidiore ita mol-

Aanmerkt daarenboven, dat door de binnenſte oppervlakte zeer veel tepelagtige lighaamtjens uytkomen te puylen, dewelke ik niet zoude gezien hebbe, ten waare de Bloed-vatjens met een roodwaſſighe ſtoffe vervult waren geweeſt.

Deſe gezeyde lichaamtjens maken de binnenſte oppervlakte, der Ooghſchelle zeer gevoeligh.

N°. XXXVII. Het Ruyge off Fluweele vlies van de Nughtere darm, gantz en gaar van 't Zenuwagtighe vlies afgeſcheyden, en in een vleſſie met voght gehangen, en komt ons het zelve voor rood van couleur, wegens het opvullen der bloedvatjens met een roodwaſſighe ſtoffe; maar in een natuurlyke ſtaat is dit vlies graauw couleurigh, ten waare het gedarmte in 't leven met ontſtekinghe aangedaan wierd, als dan zoo vertoond zigh dit vlies ook zeer rood, wegens de veelheyd van 't bloed, 't geen daar dan in zyn cours verhindert werd, en zoo mede moet men de zaake conſidereeren in dit ons voorwerp: want ik had de bloetvaten van 't darm-ſcheyl tot het uyterſte toe vervult met de geſeyde ſtoffe, waar door het geſeyde gedarmte zeer rood wierd, en by gevolg ook dit geſeyde ruyge vlies.

N°. XXXVIII. Een vleſſie met vogt waar in te zien is een Ribbetje van een onvoldrage kindje, 't welk in een Zuuragtighe voght,

zoo

mollificatam, ut nodum fecerim in illa.

N°. XXXIX. Fœtus humani Auricula, in qua meatus auditorii cartilagineæ interruptiones luculenter conspiciuntur.

N°. XL. Phiala in liquore reservans Embryonem humanum, cujus Placentula prodigiosæ magnitudinis, Embryo contra tam exiguus, ut Cucurbitæ semine longe minor sit.

Not. 1°. Funiculus umbilicalis duas circiter unicas longus, circa abdomen tam crassus, ut Embryonis crassitiem fere adæquet.

2°. Manus, pedesque, instar indigestæ moleculæ, capitis aciculæ minoris magnitudinem et formam repræsentant.

3°. Caput, magnitudine cætera fere adæquat.

4°. Nemo facile dixerit, cujus ætatis Embryones sint, cum nobis traduntur, nonnulli enim magnitudine lentè, alii citius procedunt, & ex matre illud vix quis expiscari possit. Inquirendum hoc esset ex iis, quæ, distincte punctum temporis, quo conceperint, norunt

zoo zagt en buygzaam is geworden, dat ik 'er een knoop in gelegt hebbe.

N°. XXXIX. Het Oortje van een kind, waar in de verdeeltheeden van 't kraakbenigh deel des gehoor-gats, klaar aangewezen werden.

N°. XL. Een vlessie met vogt, in zigh onthoudende een zeer kleen Schepzelke van een mensch, wiens na-geboorte ongelooflyk groot is, het Schepzelke daarentegen is veel kleender dan het zaad van een Cauwoerde.

Aanmerkt ten eersten, Dat het Navel-strenghetje ontrent twee duym breed langh, en ontrent het buykje by na zoo dik is als het Schepzelke zelfs.

Ten tweeden, De Hantjens en Voetjens als rouwe en onvolmaakte klomptjens, verbeelden in groote, en forme, kleene spelde hoofdjens.

Ten derden, Het Hoofdje is byna in groote al de rest van 't Schepzeltje gelyk.

Ten vierden, Niemand isser, die met zekerheyd zeggen kan, van wat ouderdom deze zoo zeer kleene Schepzelkens zyn, als zy ons ter hand werden gesteld, aangesien zommighe zeer langhsaam, andere zeer ras in groote toenemen, en beswaarlyk is dit altoos uyt der moeders mond met zekerheyd te vernemen: zulkx most men hooren uyt de mond van zoodanighe vrouwen, dewelke distinctelyk

altoos

runt, & hoc perſcrutari honeſtas non permittit.

Inſcriptio talis eſt,
QUANTULA SUNT HOMINUM CORPUSCULA!

ASSER TERTIUS.

Nº. XLI Phiala, in quo continetur portio Venæ Pulmonalis repletæ, cujus extremitates longe plures, & aliter diſpoſitæ ſunt, quam alii in figuris ſuis demonſtrant.

Not. Quod ultimæ extremitates ſuccoſæ, ubi loci mollitiem acquirunt vaſa, hic videri poſſint.

Nº. XLII. Fœtus humanus, quatuor præter propter menſium, albiſſimus, ultra triginta annos, ni fallor, à me in liquore conſervatus, adhucdum ſitum talem ſervans, quo utplurimum in utero materno ſiti ſunt fœtus, & quamvis primâ fronte viſus, maſculini videatur ſexus, tamen ſequioris eſt, id quod in omnibus fœtibus humanis, ſexus fœmin: ea ætate, reperitur.

Hujus inſcriptio eſt:
QUA VIVAMUS, VIVERE DESINIMUS.

N.

altoos weten de punt des tyds van haar ontfangen, en zulkx al te naukeurigh te onderzoeken lyd, de eerbaarheyt niet.

Deſſelfs opſchrift is.
HOE GERING IS 'S MENSCHEN BEGIN!

DE DERDE PLANCK.

No. XLI. EEn gedeelte van des Longhs-ader opgevult, wiens fyne takkjens duyſent maal meer in getal, en ook anders geſtelt zyn, als andere die in haare figuuren affgebeelt hebben.

Aanmerkt, Dat hier de uyterſte ſappighe uyteynden (daarſe haar ſagtigheit aanemen) hier konnen gezien werden.

Nº. XLII. Een onvoldraghe kindje van ontrent vier maanden dragts, 't welk zeer wit, en van my meer als 30 Jaaren langh (na myn onthoud) in een voght bewaart is; 't zelve heeft nogh ſyne natuurlyke ſituatie off poſtuur, 't welk de Schepzelkens meeſt in s'moeders lyf hebben, en hoewel men dit in de eerſte opſlagh van 't oogh voor een knegtje zoude aanſien, zoo is 't noghtans een meyske, en heeft zulkx plaats in alle meyskens van die ouderdom:

Deſſelfs opſchrift is.
VAN DIE TYD AF DAT WY 'T LEVEN ONTFANGEN; ZOO ZETTEN WY ONS WEDER TOT HET STERVEN.

N.

No. XLIII. Fœtus humani Lingua cum faucibus.

Not. 1°. Hic luculenter conspici possunt viæ ad stomachum, ut & ad Pulmonem, & quo ritu, in cibi et potus deglutitione, Epiglottis introitum ad Pulmonem claudat; ne pulmonem intrent.

2°. Dictæ partes tam rubicundi coloris sunt, ac si jamjam è corpore vivo excisæ essent.

N°.XLIV. Cor & Pulmo fœtus humani, in liquore conservata, & naturali colore perfusa,

Not. 1o. Hic oppido quam bene lustrari possunt rami Arteriosi per Pericardium distributi, maximâ parte oriundi ab Arteria Mediastina.

2°. Quo modo dictæ Arteriolæ ulterius disseminentur per portionem Diaphragmatis, quæ hic superstes est, in hoc objecto, videri quoque potest.

N°. XLV. Phiala in liquore retinens fœtum humanum, sex circiter mensium, dextra ferens ramulum *Murucujæ* Pisonis, & in dorso gerens Placentam uterinam

N. XLIII. De Tongh van een jongh geboore kindje nogh aan het agterwerkje vastzittende.

Aanmerkt ten eersten, Datmen hier evident de wegen zien kan, waar door spys en drank na de Maagh, en de lugt in en uyt de Longh gaat, alsmede op wat wyse in 't doorswelgen van spys en drank het klapje van de strot gesloten werd, op dat het voetzel niet na de Longh zoude gaan.

Ten tweeden, Dese geseyde partyen zyn zoo rood, als off deselve eerst vers uyt het lighaam waren gesneden.

N°. XLIV. Het Herte en Longh van een jongh geboore kindje, leggende in een vogt, levendigh rood van couleur.

Aanmerkt ten eersten, Dat men hier zeer wel zien kan de Slagaderkens, die door het Herte-sakxke verspreyt zyn, dewelke meest haare oorspronk hebben van de Slag-aderen des middel-schots.

Ten tweeden, Zoo kan men hier ook zien, hoe dese slag-aderkens haar verders komen te verspreyden door een gedeelte van't middelrift, 't welk hier nogh aan vast gebleven is.

N°. XLV. Een vles met vogt, waar in bewaart werd een kindje van omtrent ses Maanden dragts, houdende in syn regter handje een takje van dat Passie-bloems gewas, 't welk de Hr. Piso beschryft met de naam van *Murucuja*, ook draagt het

rinam; Caput autem loco capitii tegitur membranâ Chorii porci, in qua nonnulla acetabula visuntur, capitis aciculæ magnitudine,

Hujus inscriptio est:
CHARONTIS UNDA SCILICET OMNIBUS, QUICUNQUE TERRÆ MUNERE VESCIMUR, ENAVIGANDA, SIVE REGES, SIVE INOPES ERIMUS COLONI.

N°. XLVI. Phiala sicca, in qua videre licet intestinula tenuia fœtus vitulini, proprio mesenterio cohærentia, & inflata; suntque vascula Arteriosa artificiose repleta ceraceâ materiâ flavâ.

N°. XLVII. Oculus humanus in liquore conservatus, hujus autem musculi separati sunt, vasaque Arteriosa repleta.

N°. XLVIII. Phiala sicca, & in ea Ovulum gallinæ, ex Ovo gallinaceo, exemptum.

N°. XLIX. Tumba parva, ex ligno iuglandis confecta, cui incumbit fœtus humanus, septem circiter mensium, abhinc annis circiter quadraginta Balsamo conditus, & lapidis instar

het op zyne schouderen het Moerkoekje.

Het hoofdje is bedekt met het vliesje Chorion van een varken, waar in eenighe holle en nappjeswyse lighaamtjens gezien konnen werden, dewelke *Acetabula* geheten werden, dezelve zyn niet grooter als spelde hoofdjens.

Desselfs opschrift is.
ALLE INWOONDERS DES AARDRYKX, HET ZY ARM, OF RYCK, KONNEN CHARONS BOOT NIET ONTGAAN.

N°. XLVI. Een droogh glas met het dunne gedarmte van een zeer kleen kalfje, 't welk aan haar eyge darm-scheyl nogh vastzittende, opgeblasen, en haar slagaderkens zeer konstigh vervult zyn met een roodwassighe stoffe.

N°. XLVII. Een mensche Oog, leggende in een vogt, wiens spiertjens geseparëert, en de Slag-aderkens opgevult zyn.

N°. XLVIII. Een droogh glaasje waar in te zien is een zeer kleen Eytje van een hoen, 't welk uyt een grooter hoender ey gehaalt is.

N°. XLIX. Een kleene Tombe van Noteboome hout, waar op gelegen is een kindje van omtrent seven Maanden dragts, van nu omtrent over de veertigh Jaaren steen hard gebalzemt, op dat het eeuwe

 langh

ſtar induratus, ut multa per ſecula conſervari poſſit.

Not. 1°. Hanc balſamandi methodum ante quadraginta annos eſſe inventam, antea enim neminem noveram qui tali methodo corpora conſervabat. Poſtea vero nobiliorem inveni methodum, qua corpora humana (ut domi non ſolum, verum etiam publice aliquoties viſui expoſui) viventis ſpeciem referunt. Hoc autem corpuſculum lapidis inſtar quidem induratum, aſt rugis in totum non eſt deſtitutum, neque viventem repræſentat fœtum.

2°. Veſte nocturna indutum hoc corpuſculum, tegitur præterea membrana Amnios fœtus vitulini, cujus Arteriæ ſunt repletæ, & hoc, loco alicujus integumenti ſericei fimbriati.

Inſcriptio talis eſt.

AB UTERO AD TUMULUM.

Huic fœtui adſtant duo ſceleta fœtuum humanorum, ſuntque gemellorum ſceleta, ſeptem circiter menſium.

Horum unum capiti corporis balſamati adſtans, ſiniſtra gerit loco ſtrophioli portionem Omenti, quaſi lachrymans oculi orbitæ admovet,

Eâ

langh konde bewaart werden.

Aanmerkt ten eerſten, Dat deſe manier van balzemen voor veertigh Jaaren uytgevonden is, want voor die tyd was my niemand bekend, die deſe methode gebruykte, edogh naderhand heb ik een veel deftiger manier en wyſe uytgevonden, waar door ik de lighaamen van de menſche ſoodanigh kom te balſemen, datſe na veele Jaaren nogh ſchynen te leven, gelyk ik ſulks niet alleen t'myne huyſe, maar zelfs ook eenige reyze publikelyk getoont heb.

Dit lighaamtje is wel ſteen hard geworden, maar 't zelve is niet t'eenemaal zonder rimpels, ook vertoont 't geen levendig Schepzelke.

Ten tweeden, Dat het met een nagt gewaadje bekleet is, en overdekt met een vliesje Amnios geheten en dat uyt een Schaapje, door het zelve loopen byſter veel roode opgevulde Slag-aderkens, en dat in plaats van eenig geborduurt zyde overſpreizeltje, deſſefs opſchrift is.

VAN 'S MOEDERS LYVE,
TEN GRAVE.

Agter dit lighaamtje ſtaan twee geraamtens van kinderen mede van ontrent ſeven Maanden dragts, zynde tweelingen.

Hier van ſtaat het eerſte aan 't hoofden-ent van 't gebalſemt kindje, dragende in deſſelfs linker hand een ſtuk van 't net, in plaats van een neusdoek, die het na de Ooghraden wendende een ſchreyend voorwerp komt te verbeelden.

Met

Ea inscriptione:
NEQUE ULLA EST, AUT MAGNO, AUT PARVO, LETHI FUGA.

Alterum autem, ad pedes situm, sinistrâ portionem intestini pueri gerit, dextrâ verò Ramum Arteriosum repletum, & artificiose è Liene exemptum,

Cum hac inscriptione:
POST FUNERA PROSUM!

Nº. L. Phiala sicca continens Plicam Polonicam veram.

Nº. LI. Phiala sicca, in qua continentur plurimi calculi in Vesica urinaria vaccæ reperti.

Notatu dignum censeo, vesicæ dictæ tunicam interiorem lapideam esse factam, cujus fig. Vid. Tab. II. Fig. I. Thes. IV.

Nº. LII. Fœtus humanus immaturus, coloris nivei, 6 circiter mensium, in liquore conservatus, dextrâ continens ramum Ciceris Rubri, brachio autem sinistro retinet portionem membranæ Amnios.

Nº. LIII. Uterus humanus, cum omnibus annexis, scilicet Ovariis, Ovi-ductibus, suisque fimbriis, &c.

Not.

Met dit opschrift.
ALLE WEGEN VAN DE DOOD TE ONTVLUGTEN, ZYN GESLOOTEN, ZOO WEL VOOR DE RYCKEN ALS ARMEN.

Het tweede geraamte, aan de voeten geplaast zynde, draagt in desselfs linker hand een stuk van 't gedarmte eenes kinds, en in zyn regter hand een Slag-ader uyt de Milt met een roodwassighe stoffe opgevult,

Met dit opschrift.
NA DE DOOD BEN IK NOCH VOORDEELICH!

Nº. L. Een drooge vles waar in een opreghte Meerevleght van een mensch bewaart werd.

Nº. LI. Een vles met zeer veel steenen, gevonden in een water-blaas van een Koe; het is aanmerkens waardigh dat het binnenste vlies van dese water-blaas steenigh was geworden, wiens figuur te sien is Tab. 11. Fig. 1. van dit IV. Cabinet.

Nº. LII. Een vles met een sneeu-wit kindje van ontrent 6 Maande dragts leggende in een voght, 't welk in zyn regter handje heeft een takje van de roode Cicers, en met desselfs linker armtje omvat het een stuk van 't vlies Amnios.

Nº. LIII. De Lyf-moeder van een vrouw, met al 't geen daar aan vast is, namentlyk de Eyerstokken, Eyerweeghen, en der zelver lof off Sazelwerkjen.

Aan-

Not. Os uteri naturaliter constitutum, in ambitu gaudet plurimis lacunis minutissimis.

No. LIV. Phiala liquore repleta, in quo serpens rarus Africanus, ore continens Embryonem humanum magnitudine digiti articulum vix attingentem,

Inscriptio est.:
AH FATA, AH ASPERA FATA!

Not. Manus & Pedes hic lustrari possun:, suntque instar corpusculorum rotundorum capitis aciculæ formâ & mag. nulli autem digiti adhuc discerni possunt. Quis igitur non admiretur Anatomicos reperiri, qui Embryones multò minores pingi curarunt in suis libris, brachiis, pedibus & digitis instructos, talique situ incurvato positos, ac si tres quatuorve menses attigissent fœtus; cum contra ea ætate semper obtineant situm longitudinalem, nullo modo incurvatum. O dementiam & audaciam! sic enim studiosi imbuuntur erroribus, imò decipiuntur.

Multoties me rogarunt homines, quare tantis sumptibus, &

Aanmerkt, Dat desselfs mond natuurlyker wyse gesteld is, en in desselfs omtreck zeer veele kleene, niet doorgaande, maar blinde kuyltjens gevonden werden.

No. LIV. Een vles met een raare Africaansche Slangh, in wiens bek onthouden werd een mensche Schepzelke, 't welk zoo kleen is, dat het naulykx de groote van een lid van een vingher halen kan.

Desselfs opschrift is.
ACH NOOTLOT, ACH DROEVIG NOOTLOT!

Aanmerkt, Dat de armtjens en beentjes haar vertoonen als kleene ronde lighaamtjens of kleene spelde-hoofdjens, maar vinghers en toonen kan men nogh niet zien. Wie moet sigh dan niet verwonderen, datter ontleeders werden gevonden, dewelke veel kleender Schepzelkens hebben doen verbeelden in haare boeken met handen en voeten, vinghers en toonen, leggende in zoodanig een postuur als offse drie à vier Maanden out waaren, daar sy in tegendeel in die tyd na de lenghte uytgestrekt zyn, en haar nogh niet krommen. O dwaasheyd en stoutheyd, waar door de Studenten qualyk onderwesen, ja bedroghen werden!

Menighmaal werd my gevraaght, waarom ik met zoo veel onkosten en moeyten zoo veel kamers met zaaken heb toegesteld, waar

& tanto labore conservem tot conclavia, Anatomicis rebus instructa, quibus semper refero, ne quis diceret figuras me publice editas male esse confectas, nam si quis de ea re dubitet, dabitur semper occasio domi meæ expiscandi, an cum natura conveniant nec ne, & si omnes ita fecissent aut ita facere coacti fuissent, non obtrusissent nobis tot figuras fictitias, aut ex aliis auctoribus desumptas.

No. LV. Caput Fœtus ovini sine ore nati, uteroque excisi.

Not. 1°. Oculi extra situm naturalem positi, caputque deforme, naso que instructum, sine ullo oris vestigio. Vid. Thes. IV. Tab. II. Fig. 4. Omnia autem membra bene erant conformata, itaque hallucinantur illi, qui dicunt fœtum non per funiculum umbilicalem nutriri, id quod luculenter apparet falsum esse An autem solummodo per Venam umbilicalem, an vero humor in Amnio contentus simuquoque alimentarius, sit nec ne, res nondum satis explorata. de, hisce plura in posterum.

N°. LVI. Fœtus recens nati

waar op ik haar tot antwoord geeve, zulkx gedaan te hebben, op dat niemand zoude denken, veel min zeggen, dat myn uytgegeve figuuren qualyk en niet na de voorwerpen zelfs zyn gemaakt, want nu ymand hier in twyfelmoedigh zynde, werd hem niet gewygert, te komen zien, off het overeenkomstig is met de zaake zelfs off niet: En indien alle Ontleeders zo gedaan hadden, off gedwongen waren geweest zoo te doen, alsdan zoude sy ons zoo veel verkeerde figuuren niet opgedrongen, nogh ook uyt andere autheuren genomen hebben.

N°. LV. Een onvoldraaghe Schaaps hoofdje zonder mont, gesneden uyt de Lyfmoeder van een Schaap.

Aanmerkt ten eersten, Dat de ooghen niet staan, op haare gewoone plaatze, en het gantsche Hoofd qualyk geformeert is, zonder het minste bewys van een mont dogh waren de pooten, en 't verdere wel gesteld: Zoo datze geabuzeert zyn, die daar sustineeren dat de vrught door de Navelstrengh niet gevoed werd, 't welk zeer klaar blykt abuys te zyn, maar of het ook maar alleen door de strengh geschiet, dan off die vogt in 't vlies Amnios beslooten, zulkx ook magtigh is te doen, dit is nogh niet al te wel bekent, hier van breeder in 't toekomende.

N°. LVI. Een zydelyk gedeelte

van

ti lateralis portio Pectoris, cujus Arteriolæ Intercostales exteriores, à me nuper detectæ, in conspectum veniunt; nec non ramuli, ex dictis Arteriolis oriundi, qui perpendiculariter, ut & oblique, per Periostium Costarum disseminantur; ramuli autem per musculos intercostales distributi, cursum fibrarum musculorum insequuntur.

van de Borst van een jong gebooren kindje, wiens uytwendighe tusschen-ribbighe Slag-aders, onlangs van my uytgevonden, gesien werden, alsmede de takkjens die daar uyt voortkomen, dewelke reght en ook schuyns nederwaarts loopen door het beene vlies van de Ribbens; maar de takjens, dewelke door de tusschen-ribbige Spieren loopen, nemen een en de selve loop met de draden der geseide Spieren.

N°. LVII. Phiala sicca, in qua Os Æthmoides integrum conservatur.

N°. LVII. Een droog vlesje, waar in 't Os Æthmoides bewaard werd.

N°. LVIII. Portio Piæ matris, cujus Arteriolæ sunt repletæ.

N°. LVIII. Een gedeelte van 't dunne Herssen-vlies, wiens Slag-aderkens vervult zyn.

Not. Nil fere difficilius, quam Piam matrem à Corticali substantia separatam, in planum extendere & sic exsiccare, quemadmodum à me hic factum esse constat.

Hier staat aan te merken dat naulyks yets moeijelyker is te doen, dan dit geseyde vliesje van de schorsighe substantie van de Herssene gescheyden zynde uyt te spreyden en zoo te drogen, gelyk men ziet hier van my gedaan te zyn.

ASSER QUARTUS.

DE VIERDE PLANK.

N°. LIX. PHiala in liquore continens Testiculum humanum dissolutum.

Luculenter hic apparet substantiam ejus nil esse, nisi vasculorum fasciculos varios, coloris cyanei.

N°. LIX. EEn vlesje met vogt, waar in te zien is, een uytgerafelde of ontdane Testicul.

Hier blykt het klaar, dat desselfs wesen niet anders is, als een bundelke van witte vaatjens.

N°. LX. Vituli parvi Hepar excarne, ut vulgo loquimur, ast perperam.

Not. 1o. Præter membranam ambientem nihil abstuli, tamen omnia vasa, Hepar constituentia, in conspectum hic veniunt, ceraceâ materiâ flavâ repleta. Vid ulterius de hac re in Thesaur. II. descriptione.

2°. Ductus membranosus repletus hic etiam sese videndum exhibet.

N°. LX. Een geexcarneert Levertje, (zoomen zulkx t'onregt noemt) van een kleen Kalfje.

Aanmerkt ten eersten, Dat ik van dit Levertje niets heb weg gedaan als alleen het vliesje, dat de Lever omvangt: noghtans zoo koomen ons alle de vaten, die de selfs-standigheyd van de Lever uitmaken, hier in 't gesighte, en zyn deselve met een Geel-wassighe stoffe opgevult. Ziet hier over na de beschryving van het tweede Cabinet.

Ten tweeden, Zoo komt ons hier ook in 't gesigte den Ductus Venosus off Aderighe Canaal, mede opgevult zynde.

N°. LXI. Phiala liquore referta, in qua continetur portio membranæ Chorii ex sue, utero gerente desumpta, quæ facie exteriore, villosa, instar Tunicæ villosæ intestinorum.

Not. Acetabula pauca per eam, dispersa, admodum esse exilia, & ne caput quidem aciculæ eas superare.

N°. LXI. Een vlesje met vogt waar in bewaard werd een stuk van 't vlies Chorion, en dat uyt een bevrugt Varken, 't zelve vliesje is aan de buytenste zyde ruygagtigh, gelyk het ruyghe off Fluweel vlies van ons gedarmte.

Hier staat te noteeren, dat derselve holle lighaamtjens off buskens (*acetabula*) weynigh door het geseyde vlies verspreyt, ook niet grooter zyn als speldehoofden.

*N°. LXII. Puellæ partes generationis, in quibus Labia, Nymphæ, Clitoris, Caput Clitoridis, Membrana Hymen, ductus Urinarius distincte videri possunt, suntque hæc omnia coloris naturalis.

N°. LXIII. Phiala, & in ea, Portio Spinæ dorsi fœtus humani, per medium, secundum longitudinem dissecta, ut interiora pateant.

Not.

N°. LXIII. Een vlessie met vogt, waar in te zien is een gedeelte van de Rugghe-graat van een jong geboore kindje, 't welk is na de lengte opgespouwen, op datmen het inwendighe gestel zien konde.

Not. 1°, Corpora Vertebrarum rubedine esse perfusa, ab alluente ceracea materia rubra, quâ Arteriæ, per Spinam disseminatæ, erant repletæ.

2°. Videri hic possunt cavitates notabiles (quas nondum ab aliis hactenus vidi demonstratas) sitæ in interstitiis corporum vertebrarum; suntque in corpore vivo, ut & recens denato, limpido & tenaciori humore repletæ, quemadmodum in cæteris juncturis.

3°. Corpora vertebrarum, præter exteriora & satis nota ligamenta, gaudent quoque ligamentis internis brevissimis sibi invicem adstantibus numerosis. Hæc autem circulariter sita, longitudine culmi crassitiem non æquant, & si cultello transversim, inter juncturas, incidantur & separentur vertebræ, dicta ligamenta (quæ mihi interna dicuntur) nobis occurrunt, instar Cepæ, transversim incisæ, & lamellatim dispositæ.

4°. In eadem phiala videre licet vertebram lumb: ejusdem fœtus humani à seta dependentem, in qua dicta ligamenta videri possunt.

N.

Aanmerkt ten eersten, Dat de lighaamen der Wervel-beenderen rood zyn geworden van de aangebragte Rood-wassighe stoffe, waar mede de Slagh-aderen van de Rugge-graat vervult wierden.

Ten tweeden, Zoo kan men hier zien considerable holligheeden (die ik van niemand tot nogh toe heb zien vertoonen nogh afbeelden) dese zitten tusschen de tusschen-scheytzelen der lighaamen van de wervelbeenderen in, en zyn ook dese in levendighe, en pas gestorvene lichamen met een lymighe en heldere vogt vervult, gelyk als in de andere junctuuren te zien is.

Ten derden, De Lighaamen der Wervel-beenderen, zyn niet alleen voorsien van de uytwendige en genoeg bekende banden, maar hebben nogh daarenboven zeer korte en inwendighe banden, dewelke onderlingh zeer digt by een staan, en zeer veele in getal zyn: Dese na de ronte lopende zyn geen Stroo-halm langh, en indien men de Wervel-beenderen in haare junctuuren over dwers doorsnyt en van malkanderen separeert, zoo is 't dat dese banden (die ik de inwendighe banden noeme) ons voorkomen, als ajuyn over dwers doorgesneden, en dat schub-wys.

Ten vierden, Kan men in dit vlessie mede zien een wervelbeen van de Lendene van 't selve kindje, aan een hayrtje hangende, waar in de geseyde banden te zien zyn.

N.

N°. LXIV. Fœtus humanus, sequioris sexus, sex circiter mensium, coloris nivei, à plurimis annis ita in liquòre conservatus, ut nil præter animam amisisse videatur. Hic suo situ, dormientis speciem præbet,

Ea inscriptione:
NEC MORS, NEC VITA RELICTÆ.

N°. LXV. Phiala in liquore continens Testiculum humanum.

Not. 1°. Tunicam albugineam seu propriam, haud esse ablatam,

2°. Arteriam spermaticam in utroque latere in duos ramos dividi, quorum unus ad Testem, alter verò ad Parastatam excurrit,

3°. Dictas Arterias, non, uti in canibus in circinnos, pampinos vitis imitantes, contorqueri.

4°. Vas Ejaculatorium colo-lore suo albicante facile discerni hic posse à vasis sanguineis, ceraceâ materiâ rubrâ repletis.

5°. Tunicam vaginalem à latere hic esse apertam, ut dicta vasa conspici possint.

N°. LXVI. Phiala in liquore retinens Testiculum humanum dissolutum. N°.

N°. LXIV. Een onvoldraghe meyske van ontrent ses maanden dragts, wit van couleur, en veele Jaaren by my in een vogt zoodanigh bewaart zynde, dat het niet als de ziel schynt verlooren te hebben.

Dit heeft een postuur van een slapend kindje,

Met dit opschrift:
NOCH LEVEN NOCH DOOD ZYN HIER NA GEBLEVEN.

N°. LXV. Een vlessie met vogt, waar in bewaard werd een Testicul.

Aanmerkt ten eersten, Dat het Witte en eyge vlies hier niet is afgedaan.

Ten tweeden, Dat de Zaad-slag-ader wedertyds in twee tacken zigh komt te verdeelen, waar van de eene na de Testicul, d'andere na de bystaander gaat.

Ten derden, Dat dese Slagaders niet zoo slanghs off klauwiertjens-wyse komen te lopen, of gedraayt te werden, gelyk in de honden.

Ten vierden, Dat het uytschietend vat, door zyn witte couleur ligt te onderscheyden is van de bloetvaten, die met een Roodwassighe stoffe opgevult zyn.

Ten vyfden, Dat het Scheevlies van ter zyde opgesneden is, om de geseyde vaten te konnen zien.

N°. LXVI. Een vles met vogt, en daar in een gedissolveerde Testicul. D 3 N°.

N°. LXVII. Pueri Intestinum rectum cum podice, ita inversum, ut superficies interior, jam facta sit exterior.

In eo nobis occurrunt innumeræ, ita dictæ, Glandulæ, quæ instar fovearum hic sese videndas exhibent. In podice extremo plurimas quoque lacunulas videre licet.

N°. LXVIII. Talpæ sceleton, nitide præparatum, ceu scandens arteriam ceraceâ materiâ repletam.

N°. LXIX. Portio maxillæ humanæ, in qua videre est, quod inter processum condili-formem, & ejus locum insertionis membrana dura intercedat; forsan, ne masticando sonitum ederet junctura, id quod audi-tui nocuisset.

Not. dictum objectum in liquore dependet à seta, quæ affixa est dictæ membranæ; quæ adeò crassa, ut ferè videatur cartilaginea.

N°. LXX. Vesica vaccina inversa.

Not. 1°. Membranam interiorem valde esse incrassatam, variisque locis lapidescentem factam, imò & quasi in monticulos plurimos exaltatam, quorum plurimi

N°. LXVII. De Endeldarm van een kind met dessels fondament, 't zelve is zoodanig omgekeert, dat het binnenst hier is geworden het buytenste.

In dit object ontmoeten ons ontelbaar veel alzoo genoemde kliertjens, die haar opdoen als kleene kuyltjens, ook ziet men hier aan 't fondament, zeer veele niet doorgaande hollekens.

N°. LXVIII. Het geraamte van een Mol, 't welk zeer net en schoon voorkomt met een postuur, als wilde het op een gevulde Slag-ader opkruypen.

N°. LXIX. Een stukje van de onderste kaak van een mensch, waar in te sien is, dat tusschen het kneukel-wyse uytsteek, en de plaats daar het sigh inzet, een hard vlies tusschen beyde komt, mogelyk om geen geluyd te geven, als men in 't kauwen van de spys is, 't geen het gehoor hinderlyk zoude geweest zyn.

Aanmerkt, Dat dit voorwerp in een vogt aan een hayrtje hangt, 't welk vast gehegt is aan 't geseyde vlieske, 't welk zoo dik is, dat het byna Craak-beenigh bevonden werd te zyn.

N°. LXX. Een omgekeerde blaas van een Koe.

Aanmerkt ten eersten, Dat het binnenste vlies zeer verdikt is, en op verscheide plaatsen versteenigt, en met verheventheden bezet geworden, welke verheventheden in steen verandert zynde, metter tyd

plurimi in lapideam substantiam sunt mutati, pluresque ab origine, temporis successu, separati, in cavitatem vesicæ prociderunt, uti videre licet in Phiala supra citata, & No. LI. notata.

2°. Quamvis autem hoc objectum à me sit desumptum è corpore vaccino, dubitandum tamen non est, quin idem aliquando contingat in corpore humano, unde Lithotomi forsan aliquando fuerunt decepti, cum cathetere introducto, calculum sese sensisse autumaverunt, factaque incisione, nullum calculum invenerunt.

N°. LXXI. Gliris sceleton nitidissimum, in cujus Vesica urinaria calculum reperi.

Not. Ore detinet, & quasi devorat portionem intestini jejuni hominis, per quam innumera vasa ceracea materia rubra referta sunt disseminata, id quod feci propterea quod carnem humanam non fuerit aversatus dictus glis, cum enim ante plures annos institutiones Anatomicas haberem, separaveram pridie musculos brachii, in sequente die demonstrandos, cum autem publice exhiberem præparatos musculos,

tyd zyn afgevallen in de holte van de Blaas, gelyk dese te zien zyn in 't bovengemelde vlesje getekent No. LI.

Ten tweeden, Hoewel dit voorwerp van my is gevonden in een Koe, zoo isser eghter niet aan te twyfelen, off zulk een ongeval komt ook zomtyds den mensche over, waar door mogelyk de Steensnyders somtyts geabuseert syn geworden, wanneer zy haar conductor gebragt hebbende in de Blaas, gezegt hebben de lyders een steen in de blaas te hebben, en de snee gemaakt zynde, geen steen hebben konnen krygen.

No. LXXI. Een curieus geraamte van een Rat, in wiens Blaas ik een steentje ontdekt heb.

Aanmerkt, Dat dit object in zyn muyl een stuk van een mensche darm heeft, verbeelende het zelve op te eeten, welk stuk des darms konstig opgevult is met een roodwassige stoffe. Dit heb ik hem in de muyl gegeven, om dat dese Rat zig niet ontzien hadde mensche vleesch te eeten: Want als ik over eenighe Jaaren publyke Anatomische instructie gaf, zoo hadde ik de Spieren van de arm geprepareert, om den volgende dagh te vertoonen, en als ik het kleed van 't lighaam dede weghnemen, om de Spieren te vertoonen, zoo had deze

los, dictus Glis devoraverat non solum illos, verum etiam partem faciei.

Hoc viso, operam dare jussi capiendi furem; quod ex voto successit, & sic publice aperiebam furem, idque supra corpus, quod ita devastaverat, in cujus Vesica hunc calculum detexi, dependetque hic à capillo in phiala ipsa, sceleton continente.

N°. LXXII. Phiala in liquore retinens unum ex Acetabulis seu Placentulis vaccinis, repletum ceraceâ materiâ rubrâ ad ultimas extremitates succosas usque, ubi notandum,

1°. Nullas hisce corporibus inesse Glandulas, aut quid Glandularum simile.

2°. Totum hoc corpus constare ex meris vasis sanguifluis, quorum extremitates exeunt in formam penicillorum, qui Belgicè nominantur **Trek-penceelen** / in eo tamen ab istis penicillis differunt, quod dicti *Pincilli* constant ex innumeris pilis, hi contra ex singulari trunculo admodum ramoso.

N°. LXXIII. Fœtus hepar ex

dese Rat niet alleen dese geprepareerde Spieren verscheurt en opgegeten, maar ook zelfs een groot stuk van de wangh gebeten.

Dit ziende, gaf ik last om dese dief, was 't mogelyk, op te vangen, 't welk ons ook wel gelukte, en alzoo kreegh ik gelegentheyd om hem ook publyck te openen, en dat op het lighaam, 't welk hy zoo lelyk mishandelt hadde, en vond in desselfs Blaas een kleen steentje, het welk hier in 't zelve glas, daar zyn geraamte in bewaart werd, aan een hayrtje ophangt.

N°. LXXII. Een van de napjens off buskens, (*Acetabulum seu Placentula*) van de nageboorte van een Koe, met een Rood-wassighe stoffe vervult, en dat tot de uyterste sappighe uyteynden toe, waar omtrent te considerceren staat.

Ten eersten, Dat in dese lighaamen gants geen klieren te vinden zyn, nogh ook iets, dat na klieren gelykt.

Ten tweeden, Dat der zelve bestaan alleen is uyt loutere bloedvaten, welkers uyteynden haar by na laten aanzien, als offse trekpenceelen waren, met dat onderscheit noghtans, dat de waare trek-penceelen haar bestaan hebben uyt ontelbaare kleene hayrtjens, deze integendeel uyt een singulier en enkelt tackje, 't welk zeer rameus is, off op zy veele zeer kleene takjens van zigh geeft.

N°. LXXIII. Een vles met voght,

carne, ut vulgo loquimur, cui adſitæ ſunt duæ portiones membranæ Hepatis hominis adulti, quæ digitum annularem craſſitie adæquant. Hoc ortum duxiſſe credo a præcedente inflammatione.

Nº. LXXV. Phiala continens in liquore pueri portionem Inteſtini recti, in qua videre eſt Tunicam carneam ſe paratam eſſe à nervea.

Not. 1º. Perpaucas arterias eſſe diſtributas per carneam Tunicam, myriades autem per Nerveam; de hiſce plura antea dixi.

2º. Hic diſtincte videre licet, ita dictas glandulas inteſtinorum, nil eſſe niſi faſciculos vaſculoſos, præſertim ſi lumen candelæ pone objectum teneatur.

3º. Facie anteriore, per Nerveam Tunicam illibatam, innumeræ ita dictæ Glandulæ apparent tumefactæ, & in ſui medio ſinuoſæ.

Nº. LXXV Chamæ-pſittaci minimi ex Guinea, vulgo *Peroquet* dicti, ſceleton.

Nº. LXXVI. Portio Inteſtini

vloght, en daar in een kleen ontvleeſt Levertje, zoomen gewoon is te ſpreeken, waar nevens gelegen zyn twee ſtucken van 't vlies van de Lever van een bedaagt menſch, dewelke zoo dik zyn, als een pink: Dit vertrouw ik veroorſaakt te ſyn door een voorgaande ontſtekinge.

Nº. LXXIV. Een vleſſie waar in te zien is, een ſtuk van de Endel-darm van een Jonghelingh: hier in ziet men, dat het vleſighe vlies geſcheyden is van 't Zenuwagtighe vlies.

Aanmerkt ten eerſten, Datter zeer weinighe Slag-aderen door het vleeſighe vlies loopen, maar duyzende door het Zenuw-agtige vlies, hier van heb ik voor heen breeder geſprooken.

Ten tweeden, Zoo kan men hier bequaamelyk zien, dat de alzoo genoemde darms-kliertjens niet anders zyn als bundelkens der uyteynden van bloet-vaten, en blykt zulkx veel klaarder als het ligt van de kaars tot hulp genomen werd, en 't zelve agter het ſubject houd.

Ten derden, Zoo komt ons hier het Zenuw-agtig vlies van vooren in 't geſigt. 't welk ongeſchonde is, en vervult van alſoo genoemde kliertjes, welke bol, en in 't midden als met een kuiltje uitgeholt zyn.

Nº. LXXV. Het geraamte van een zeer kleen Papegaytje van Guinea, 't welk men Peroquitje noemt.

Nº. LXXVI. Een ſtuk van de

ſtini jejuni è corpore humano deſumpta, & liquori immerſa.

Not. 1°. Tunica Carnea dependens à Nervea ſeparata fundum phialæ tangit.

2°. Tunica Villoſa à Nervea ex parte quoque eſt ſeparata & dependens: Hoc facto jugorum (s. valvularum conniventium) veſtigia tantum relicta ſunt. Vid. ulterius de hac re reſp. meam ad Epiſt. problem: undecimam.

nughtere-darm van een menſch, 't welk in een vogt gelegt is.

Aanmerkt ten eerſten, Dat het vleeſighe vlies van 't Zenuw-agtige afgenomen, nederwaarts hangt, en aan de grond van de vles raakt.

Ten tweeden, Zoo is ook het ruyge-vlies ten deele afgeſcheyde van 't Zenuw-agtighe, en hangt alzoo ook nederwaarts: Dit aldus geſcheyde zynde, zoo zyn alleen maar de voetſtappen off bewyſen van de latwyſe verheventheden, die men Ooghluykende klap-vlieſen noemt, gebleven. Ziet hier verders op na myn antwoord op de elfde voorgeſtelde Brief.

ASSER QUINTUS.

N°. LXXVII. Phiala ſicca, continens Calculum, qui ante exſiccationem mollis erat, nec calculi duritiem obtinebat; mollis enim erat & limo-calculoſa, jam verò per exſiccationem lapideam acquiſivit duritiem.

N°. LXXVIII. Portio corticalis cerebri humani ſubſtantia, in cujus parte infima, diſtincte videre eſt, Cerebri ſubſtantiam Corticalem nil eſſe, niſi vaſorum ſanguineorum extrema.

Not. 1°. In parte ſuperiore non

DE VYFDE PLANCK.

N°. LXXVII. Een droogh glas, waar in te zien is een Steen, dewelke, uyt de blaas komende, geenzints de hardigheyd van een Steen had; maar ſagt, en ſlym-ſteenigh was, maar nu gedroogt zynde, zoo heeft deſelve een Steen-hardigheyd aangenomen.

N°. LXXVIII. Een ſtukje van de ſchorſige zelfſtandigheyd van de Herſſene van een menſch, in wiens onderſte gedeelte klaar te zien is, dat de ſchorſighe ſubſtantie niet anders is, als alleen uyteynden der bloet-vatjens.

Aanmerkt ten eerſten, Dat ſulks bo-

non tam diſtincte hoc videri poteſt, quoniam Cerebri Arteriolæ ibi non ſatis bene ſunt repletæ: Imò hactenus mihi impoſſibile fuit integram Corticalem Cerebri ſubſtantiam ita replere, ut nulla pars relinquatur intacta,

2°. In Objecti medio hic relicta quoque portio ſubs: medullaris Cerebri, quæ albicat, cum corticalis rubedine dilutiore ſit perfuſa.

N°. LXXIX. Phiala in liquore continens, pueri Inteſtinum rectum ita inverſum, ut ſuperficies interior hic nobis occurrat exterior. In eo hic cernere licet juga nonnulla, quæ in dicto inteſtino raro reperiuntur in pueris. Hæc autem non ſolum transverſim, verum etiam ſecundum inteſtini longitudinem excurrunt, id quod admodum familiare in tenuibus inteſtinis vitulorum.

